














[Bruns fels] c.46
400 2 mirages
A xL 10/c
A
6221
(2)
4010




A
6221(2) Last (blank) leaf wanting
copy 1 at 6573/A vol 9.2
4010(2) T.p. slightly more cropped than copy (1)



ARTIFICIVM DE APPLICATIONE

Astrologię ad Medicinā, deq́ꝫ conuenientia earundem, Georgij Collimitij Tansteteri, Canones aliquot, & quædam alia, quorum Catalogum reperies in proxima pagella.

Argentorati, Anno M. D. XXXI. Mense Martio.





HÆC HABENTVR in hoc uolumine.

pagina 61.

n.a Est Ensuite vn autre traite fait par Jerome Manfrede philosophe medecin et astrologue

D. MIHAELI HERO, MEDICO ARGENTINENSI peritißimo, Otho Brunfelsius. S. D.


STROLOGIAM QVANdam esse partem Medicinæ, eamq; non postremam, præter hoc, quod à grauissimis, adeoq; & ueteribus Medicis omnibus asseritur, etiam obseruatione quotidiana, qua nihil est in hominum rebus antiquius, comperimus. Docet & experiẽtia, ut omnium planè artium, ita & Medicinæ magistra. Item disciplina ipsa, quæ tum obseruatione, experientiáq;, tũ ratione ipsa constat, nisi planè talpæ sumus, & ad tã immensa, innumeraq; mirabilia mundi huius hebescimus, & planè brutescimus. Proinde qui id inficiãtur, male feriati Medici, quiq; libris & epistolis æditis, Astrologiam impugnant, tam frigidis argumentis & rationibus nituntur, ut nulla in re prodere magis inscitiã poterant. Nolo enim dicere quod ea interdum improbamus, quæ ad instar uulpeculæ Aesopicæ, aut assequi non ualemus, aut craßiores, pinguioresq; sumus, quàm qui intelligere ualeamus. Nacti igitur ex te, mi Mihael, Georgij Collimitij super ea re Astronomicos Canones, simul & artificium Astrologice Medicãdi, quod ipse ex ore uiri longe doctißimi, & nostra ætate inter Mathematicos primi, inter Medicos

summi, conscripsisti, fretus beneuolentia nostra, qua de uincti mutuo sumus, curaui, idq; publicis etiam typis, ut & alijs quoq; studiosis ueniret in manus, præsertim hijs, qui relictis Auicennis & Razibus, priscæ se Medicinæ dediderũt, cũ alioq gloriari poteramus aduersum quosdã, qui huius artificij nihil unq attigerunt. Verum sub tuo potißimũ nomine, ut qui cõgestor operis fuisti, tibi etiã acceptũ referretur, si quid frugi ex ea re esset, quiq; thesauro multo utilißimo, tam liberaliter & nos quoq; frui es passus, longè alio ingenio præditus, quàm quidã φαίνοντες i. Saturnini, qui cũ unũ & alterũ experimentũ obseruauerint, aut artem aliquã non adeo cõpertã multis didicerint, etiã ad imos manes deferunt secũ, digni qui cum talentulo suo perpetuis illic tenebris consepeliantur, & detineantur. Male habebit hoc etiã τυχηρούς illos Medicos, qui nullã cœli rationẽ habẽt, sed fortuitu agunt omnia, & qui quemadmodũ temporis, ita etiã pharmacorũ nullã habẽt rationẽ. Siquidem οὐδὲ γὰρ σχολή γε αὐτοῖς ἐστὶν ἀλήθειαν ζητεῖν, ἕωθεν μὲν ἐν ἀσπασμοῖς διατρίβουσιν, εἰς ἑσπέραν ἐμπιπλεμένοι καὶ μεθυσκομένοι, χρήματα καὶ δυνάμεις πολιτικάς καὶ ἀπλήστους ἡδονεῖς ἐζηλοκότες, ut Galenus inquit. At ego unũ malim Astrologum medicũ, quã decem purpuratos Auicennistas, et Astrologiæ imperitos. Audaciã hanc nostrã, uel potius de alieno in studiosos liberalitatẽ, boni consule & Vale. Argentorati Kalendis Martij. Anno M. D. XXXI.

Libro. 1. Method.

Canones

CANONES ASTRONOMICI, IN usum Medicinæ, Authore Georgio Tanstetero.

Modus rectificandi genituras hominum facilimus.



IC CANON FVNDAtus est in Verbo 51. Centiloquij Ptho. ubi dicit, In quo signo Luna est genituræ tempore, illud in conceptu fac ascendens. Et in quo signo ☾ inuēta fuerit tempore conceptionis, illud, aut eius oppositum fac ascendens in partu.

Pro rectificatione natiuitatis cuiuscunque.

Primo erige figuram cœli, ad tempus æstimatum propinquum, aut quāto potest propinquissimū uero tempori natiuitatis, id est, circa horam, uel paulo plus aut minus, & uide locum Lunæ & differentiam eius ab angulo Orientis, si fuerit sub terra ☾ siue ab angulo Occidentis, si supra terram fuerit. Eam autem distantiam inuenies subtrahēdo ascendens à loco Lunæ, si ipsa est infra terrā, aut subtra

hendo gradum septimę domus à loco ☾, si est supra terram.

Exemplum.

Anno 1525. fuit nata puella 25. Augusti. hora 18. minuto 45. & fuit ascendens 26. gradus ♍. Differentia in exemplo est 4. signa. 6. gradus &c.

Habita differentia, quęre eam infra in tabella moræ infantis in utero materno. Signa scilicet sub signo, & gradū, sub gradu, aut ꝓpinquioribus, si gradus præcise non fuerint reperti, & è directo habebis dies, per quot infans iacuerit in aluo matris, Sub titulo Orientalis, si ☾ est sub terra, aut sub titulo Occidentalis, si ☾ supra terram fuerit. Deinde dies moræ resolue in septimanas, & numera retro tot septimanas & dies, Vbi igitur desierit numerus, inuenies ☾ prope illum diem fuisse, in eo signo, quod ascēdebat tempore natiuitatis æstimatæ. Erunt autem hebdomadæ 38. $2\frac{1}{2}$. dies mora pueri.

Iterum quære ad eūdem diem locum ☉, & pone super ascendens locum, ☾ tempore natiuitatis æstimatæ. Regulaq́ꝫ extēsa per locum ☉ (hoc est) 18. gradus ♐ ostendit horam cōceptionis, ut in Astrolabio patet.

Aliud

Aliud exemplum.

Concepta eſt puella, die quo ſupra, hora 7. minuto 50. Ad hanc horam rectifica locum ☾, & habebis uerum aſcendens ueræ uatiuitatis. Vltimo locus ☾ tempore ueræ conceptionis, poſitus ſuper angulum Oriẽtis, & regula extẽſa per gradus ☉ tempore natiuitatis, oſtẽdit in limbo Aſtrolabij uerum tempus natiuitatis. Exemplũ, hora 7. minuto 8. ante meridiem.

Ad inueniendum moram nati in utero abſq; tabellis moræ.

Primo aſpice ☾ in figura natiuitatis æſtimatæ, an ſit ſub uel ſupra terrá, aut præciſe in Ortu uel Occaſu. Quod ſi pręciſe fuerit i Ortu uel Occaſu, tũc mora ipſius eſt maior dierũ 288. Sin fuerit ſub terra, quęre diſtantiam ☾ ab angulo uel gradu aſcendentis, modo quo ſupra dictum eſt, ſcilicet ſubtrahendo aſcendens à loco ☾ & remanebit diſtãtia. Hanc dupla & duplatum per 24. diuide, quodq́; poſt diuiſionem reſiduum manſerit, erunt horæ, & quoties oſtendit, dies. Quos tandem adde ad moram mediam, quæ eſt 273. dies & habebis propoſitum, ſcilicet moram

infantis in utero materno. Si uero ☾ fuerit ſupra terram, quęre diſtãtiam eius ab angulo Occidentis, à loco ☾ & remanebit diſtantia, quam ſimiliter dupla ut prius, & duplatam per 24. diuide, tunc quoties dabit dies moræ, qui additi moræ minori, ſcilicet 258. diebus, oſtendent moram nati in matrice.

TABELLA MORAE
Infantis in utero.

Signa.	Gradus.	Orientalis.	Occidẽtalis.
0	0	273	258
0	12	274	259
0	24	275	260
1	6	276	261
1	18	277	262
2	0	278	263
2	12	279	264
2	24	280	265
3	6	281	267
3	18	282	268
4	0	283	269
4	12	284	270
4	24	285	271
5	6	286	272
5	18	287	273
6	0	288	274

Elongatio ☾ ab ortu uel occaſu.

Mora infantis secundum consuetum naturę cursum est triplex. Maior scilicet quę est 288. dierum. Media 273. dierum. Minor 258. dierum. Et practica ista tota habet ueritatem in hijs, qui nascuntur nono Mense, ut plęrunq; & recte fieri solet, de abortiuis doctrina hæc non tractat.

Ascendens tempore conceptionis est locus ☾ tempore natiuitatis, & econtra. **Ptolemæus**

Est & alius modus rectificandi genituras (tamen mirum in modum falsus) qui Ptolemæo adscribitur, secundum ueterem translationem, in uerbo 34. & cap. 2. tractatu tertij, quem adpellant peralmutes, siue almusteli ☌ uel præuentionis immediate præcedentis. Et is quidem facilis esset, si raro falleret, ut paulo post docebitur.

Practicatur autem modus ille hoc pacto. Erecta figura æstimatæ natiuitatis, uidendum est, an ☌ luminariũ, uel ☍ proxime præcesserit, & in quo gradu zodiaci fuerit, tunc si ☌ præcessit, accipiendus est gradus zodiaci, in quo facta est ☌. Si uero ☍ pręcessit, accipiendus est gradus luminaris existẽtis super terram. Et si contingeret, quod tamẽ raro possibile est, al-

terum luminarium præcise esse in Ortu, alterumq; similiter in Occidente, tunc recipiẽdus est gradus luminaris ascendentis in Oriente, & consequenter consyderandum, inquirendumq; quis Planetarũ plures habeat dignitates, in isto gradu quęsito. Deinde uidendũ cui angulo Planeta ille uincens uel prędominans in gradu præmemorato propinquior fuerit in figura natiuitatis æstimatæ. Quoniam angulus ille cui propinquior fuerit, debet habere similem numerum graduum quem habuit Planeta prædominans. Exemplum sequitur infra. Quod uero hic modus non sit rationalis, ostenditur per hoc, quod secũdum illum modum duo pueri nascerentur, per interuallum dimidiæ horæ, paulóue plus uel minus, haberent eandem faciem cœli, quasi cœlum sub isto interuallo nihil esset motum, q̊d tamen est impossibile. Exemplum monstrabit, de quo superius fecimus mentionem. At ille quidem modus Ptolemæi, ex errore interpretum originem duxit. Si quidem Trapezontius & Pontanus aliter textum hunc interpretati sunt.

Reuolu

Reuolutionem cuiusq; rei principium habentis instituere.

Habito principio uel reuolutione alicuius certi anni, atq; adeo cuiuscunq; rei, adde ei toties 5. horas 49. minuta 16. secunda, quot transierunt interim anni à tempore principij, uel reuolutionis annorum habitæ, & emergit uerum tempus reuolutionis quæsitæ, ad quod erigatur figura cœli iuxta Canones priores, Author Iulius Firmicus, lib. 3. cap. 1. de genitura mundi. Exempli gratia.

Aequinoctium uernale, siue introitus ☉ in principium ♈ anni 1525. erat die 10. Martij, hora 8. minuto 14. tempore æquato.

Solsticium æstiuale, siue introitus ☉ in principiū ♋ eodem anno erat die 11. Iunij, hora 19. minuto 17. secunda 18. tempore æquato.

Aequinoctium autumnale, siue introitus ☉ in ♎ erat 13. Septemb. hora 8. minuto 54. secunda 50. tempore æquato.

Solsticiū Hyemale, cum ☉ ♑ intrat, erat 11. Decembris, hora 12. minuto 47. tempore æquato.

Iam adde cuilibet tempori horas 5. minuta 49. secunda 16. & habebis principium

quatuor

quatuor temporum, & quartarum anni, pro anno 1526. & ita deinceps pro aliјs annis addendo.

Ascendēs tempore introitus ☉ in primū punctū ♈ anni 1525. erat 24. ♎. Ascēdens tempore introitus ☉ in principiū ♋ erat 8. ♌. Ascēdēs in introitu ☉ in ♎ erat 12. ♊. Ascēdens in Brumæ initio erat 9. ♎. Nunc tu adde, quæ iam docuimus esse cuiq; reuolutioni addenda, & habebis ascendētia quartarum anni 1526. & sic de aliјs similiter operare.

Per Astrolabia omnia cœli domicilia artificialiter digerere, & hoc modo etiam ☉ & fortunæ partis, nec non & alios significatores.

Significatores hoc canone illos puto, qui non habent latitudinem, quia eam habentes, non nisi prope. Verum dirigi possunt in Astrolabio, sed bene per alia instrumenta.

Ars dirigendi per Astrolabia, præsuponit inscriptionem circulorum positionū, quorum meminit Haly interpres Ptolemęi super 10. cap. 3. tractatu Quadripar. De quibus Ioannes de monte regio pulcherrimas

cherrimas tabulas ædidit & Canones.

Sunt autem positionū circuli cicli magni, qui incidunt per communes intersectiones, Meridianum & Horizontis, & per centrum stellæ, siue punctū cœli propositum, & uocantur ab aliquibus horizontis stellarum. Atq; ex hac demum diffinitione patet, quod Horizon & Meridianus, & omnes circuli domorū, cicli sunt positionū. Item patet quod quilibet circulorū positionis potest per diuersos terrarū situs fieri, Horizon aut Meridianus, aut quiuis alicuius circulorū positionū. Item ascendens & medium cœli possunt in quolibet Astrolabio artificialiter & uerissime dirigi. Quia Horizon & Meridianus per se sunt circuli positionum, & ascendens & medium cœli non habent latitudinem. Præterea directo ascendente, siue medio cœli, iam directa sunt omnia domicilia cœli & stellæ omnes, tum fixę tum erraticæ, quæ præcise in eis sunt constitutæ. Demum etiam notandum quod in tota materia directionum, semper pręsupponuntur duo loca, locus uidelicet qui dirigitur, & ad quem dirigitur locus. Qui autem dirigitur, recte appellatur Signifi

gnificator. Et locus ad quem dirigitur, potest rite appellari promissor. Et quanquam quolibet anno tota cœlestis figura alicuius natiuitatis dirigi possit & debeat, sunt tamen 5. significatores, quos præcipue & singulariter iubet Ptolemæus dirigi uerbo 77. sui Centilo. scilicet ascendēs pro his quæ corporis sunt, & gradus partis fortunæ, pro bonis externis. Item gradus ☾ pro corporis animæq; dispositiōe. Gradum ☉ pro his quæ ad dignitates, magistratus & honores pertinent. Vltimo mediū cœli, pro ijs quę actiones, magisteria, artificia, siue officia concernunt.

Directio quid sit. Est autem dirigere nihil aliud quā locum significatoris ducere ad locum promissoris. Et directio authore Iohanne de Monteregio problemate 12. Tabularum directio, non est aliud nisi arcus quidam æquatoris, coascendens uel condescendens, cuipiam arcui eclipticæ, aut alij interuallo duorum locorum propositorū. Et talis directio duplex est, nam quędam est secundū successionem signorum, quædam cōtra successionem. Contra successionem signorum, iubent authores dirigere omnes significatores, qui sunt in

quarta

quarta Occidentali, quæ eſt inter mediũ cœli & Occaſum, & cum his partis fortu næ, & omnes Planetas retrogrados, qui buſcunq; partibus fuerint, ſiue in cadente ſiue in aſcendente. Item cum iſto modo dirigendi, cõcordat materia ſiue Canon de proiectione radiorum, ſiue aſpectibus tertio modo ſumptis. Vnde fit, teſte Ptolemæo, cap. 10. tract. 3. Quadripartiti, ꝙ duo Planetæ qui ſecundũ primum modum aſpectu ſeſe △ aſpiciunt, aſpiciẽt ſe ſecundum hunc modum □ & econtra, & hoc modo ✳ fit □ & □ fit ✳ &c.

Vtilitas directionis.

Medicis utilis eſt, præcipue ad hoc, ut patientium ſuorum, quorum genituras habent, morbos uel prędicere, uel an ſint exitiales uel timoroſi, an non, certius indicare queant. Nam ſi in anno quo patiens aliquis ægrotat, ecclipſis aliqua præciſe in loco hylech, uel oppoſito, uel quadrato eius facta fuerit, timoroſam præſignat ægritudinem. Taliter etiam, quoties aliquo anno hylech per directionem, uenit ſub aliquam infortunatam irradiationem, infortunatos facit, & aſcendens & ☾ ægritudinis. Sed quando non ſunt

hylech

hylech, minus mortales portendũt, etiã sub ♂ & ♄ duorum infortuniorum, male configurationis ægritudines. Si in loco hylech ascẽdentis, uel ☾ aliquo anno contingerent, de quibus omnibus plenius uel copiosius in fine huius materiæ.

AD DIRIGENDVM medium cœli.

Vide quosuis radios bonos uel malos, qui post medium cœli, secundum successionem signorum, incidunt. Et quandocunq; uolueris scire quo tempore uel anno medium cœli ad aliquem prædictorum radiorum incidat, Pone locum eiusdem radiatiõis ad lineam Meridianam, in Astrolabio, & regula extensa per gradum medij cœli natiuitatis, ostendit in limbo numerũ annorum, post quos annos effectus illius directionis euenturus est, Computando gradum à linea medij cœli, usq; ad regulam, dando scilicet cuilibet gradui unum annum.

Pari modo ascẽdens dirigitur, si locus promissoris ducitur ad ascendens, regula dein extensa per locũ medij cœli ostendit numerum annorum, per gradus, qui sunt inter regulam & meridianum.

Sic

Sic etiam ann. Planetæ, & pars fortunæ diriguntur, qui præcise sunt in aliqua cuspide domorum, dummodo locus significatoris reuoluitur ad locum promissoris, & regula extenditur per gradū medij cœli natiuitatis, ut prius &c̄.

Prętерea cum uolueris quouis anno uidere, ad quos gradus pertingat directio ascendentis, & cuiuslibet domiciliorum cœli. Numera à medio cœli tot gradus, quot transierūt anni completi, & ubi desierit numerus extende regulam, subtus quā pone gradū medij cœli natiuitatis, & habebis in ascendente, & uniuscuiusq; domicilij cuspide gradus, ad quos anno immediate sequente ueniet directio.

Si Planeta dirigendus est extra cuspides domorū, tum principio diligenter uidendum, in quo circulo positionis iaceat Planeta uel radius, quem superius promissorem adpellauimus, & ad cuius locum significatorem dirigere uoluimus. Habito enim Circulo positionis suæ, ducatur ad eundem, locus uel gradus significatoris, tunc regula extensa per locum medij cœli, natis ostendit per gradus à medio cœli usq; ad se ipsum, annos, in

quibus directio illa cōplebitur. Ista omīa habent ueritatem, qñ Planetæ dirigendi sunt directi, & nō sunt in quarta illa, quæ est inter mediū cœli & Occasum. Si aūt dirigere uolueris Planetam retrogradū, uel partem fortunæ, uel Planetā existentem in quarta Occidētali, tunc debemus dirigere non ad Radios occurrentes, secundum successus signorum, sed contra successus signorum. Et quemadmodum prius dirigebatur Significator ad locum Promissoris, hoc modo uidebitur Promissor ad locum Significatoris dirigi.

De motibus humorum humani corporis, tum die tum noctu.

Motus in corpore humano humorum aduentitius, quatenus ueniūt à caussa cœlesti, per Astrolabia facilime inuenire, de quo Iacobus de partibus nōnulla adnotauit, pulchra quidem & utilia, circa finē capitis de generatione humorum, in primo Auicennæ. Dein Leopoldus Astrologus Austriacus tractatu quarto. Almansor propositione 117. aliam habet distinctionem temporis, de humorū motibus, sed fortassis perperā traductus, ita enim est litera. Prima diei hora usq; ad perfectionem

nem trium horarū eſt ſanguinis, tres ue-
ro ſecundæ Choleræ rubeæ, tertiæ Cho-
leræ nigræ, ſed ultimæ tres phlegma-
tis. Similiter & in nocte, eodem quoq;
modo eſt in quartis menſis ☾. Quartæ
autem anni ſunt ☉. Videtur enim uelle
Alman. quod quiſq; humorum per in-
terualla bis moueatur in die naturali,
quod nedum bonis tantum eſt diſſonū
rationibus, ſed & toti ſcholæ Medicorū.
Quoniam quemadmodū tempora qua
tuor ſunt anni, & quatuor tempora men
ſis, ita etiam ſunt quatuor tempora diei,
quatuor humoribus humani corporis ꝓ
portionata, ſicuti ſequentibus metris ap-
te exprimitur, quæ citat Iacobus de par-
tibus, loco prædicto.

¶ A nona noctis donec ſit tertia lucis,
¶ Eſt dñans ſang. 6. luce ſequentibus horis
¶ Eſt dominans chol. dum lucis 9. ſit hora
¶ Poſt niger humi. ineſt donec ſit 3. noctis
Poſt hęc Phleg. uenit, donec ſit 9. quietis.

Eſt autem hoc intelligendum de ho-
ris inæqualibus, quas Planetarias adpel-
lamus, quarum in die naturali etiam 24.
præciſe ſunt, ſed inæquales perpetuo ex-
tra tempora æquinoctiorum.

Inscriptis ergo horis Planetarĳs in Astro
labio. SANGVIS motũ suum habet à
p̄dominio, à nona earundẽ hora noctis,
usq; ad tertiam diei, ab ortu computãdo.
Et CHOLERA à tertia hora Planeta-
tum diei, usq; ad nonam eiusdem. ME-
LANCHOLIA facilius mouebitur à
nona diei, ad tertiam noctis. PHLEG-
MA uero à tertia noctis, usq; ad nonam
eiusdem. Praxis huius rei in Astrolabio
habetur commodissime, si omnes Almi-
cantharatis & Azimuris (quæ ad usum
Medici parum spectare uidentur, horæ
inæquales sub & supra terram inscriben-
tur. Et quatuor illa interstitia proprĳs co
loribus depinguntur, ita q̃d Sanguinis
area rosei sit coloris. Cholerę citrina. Me
lancholię cinericia. Phleg. alba (ut apud
D. Georgium Tanstetterum uidimus.

Videns namq; Medicus, certo tempo
re diei pacientem magis adfligi, non im
merito, iuxta multorum Medicorum tra
ditiões, suspicabitur eam exacerbationẽ
uel adflictionem uenire ab humore ali-
quo peccante, cui ordinate ille motus ad
illud tempus conuenit. Quis autem ille
humor sit, cui motus ex tẽpore congruat

facili

facilime inueniet, si regulam Astrolabij ad eam horam siue tempus protenderit in limbo Astrolabij, & locum ☉ subtus regulam deuoluet. Ipsius enim ☉ est distinguere diem in quatuor tempora, ueluti & annum, cum nihil aliud sit dies q̃ latio ☉ & reuolutio circa terrã. Sic enim area ipsa colorata, ut supra diximus, in qua locus ☉ deprehenditur, humorem ostendit, cui motus eo tempore cõpetit.

In omni figura pars fortunæ accipitur per distantiam ☉ & ☾, quia quanta est proportio in ☉ & ☾, tanta etiam necessario est distantia inter partem fortunæ & ascendens. Vt si ☉ & ☾ aspiciant se △ uel ✶ aspectu, tum secundũ hanc quoq; portionem sumenda est pars fortunæ ab ascendente.

PL.	Domus	Exalt.	Potestatis amißio.	Gaud.	Domus cœli.
♄	n ♑ ♒ d	♎ 21	♈ 21	♄	12
♃	d ♐ ♓ n	♋ 15	♑ 15	♃	11
♂	n ♏ ♈ d	♑ 28	♋ 28	♂	6
☉	d ♌ n	♈ 19	♎ 19		9
♀	n ♉ ♎ d	♓ 27	♍ 27	♉	5
☿	d ♊ ♍ n	♍ 15	♓ 15	♍	1
☾	d ♋ n	♉ 3	♏ 3		3
☊		♊ 3	♐ 3		
☋		♐ 3	♊ 3		

COMPILATIONES quædam de Crisi, per D. Tanstetterum Viennæ lectæ.

PRincipio dicturi sumus diffinitionẽ diuisionemq; Crisis: secundo de causis Crisis, deq; ijs quæ possunt promouere, aut impedire ipsam: tertio de signis Criseos tam sumptis à superioribus, quã ab inferioribus, præsertim ut Auicenna de his ipsis differit: quarto de prognosticis à Crisi sumptis: quinto cognitis causa & signis crisis, quo pacto oporteat Medicum

cum operari: ſexto de quibuſdã dubijs, quæ inter doctos concurrentes, aut diſſi dentes incidere poſſunt.

Κρίσις interpretatur iudicium ſiue decretum, aut cenſura, inde κριτικοὶ dies, id eſt iudiciarij.

DIFFINITIO.

Criſis eſt uelox & uehemens morbi motus ad ſalutem, uel ad mortẽ. Ita diffinit eam Auicenna in Canticis.

Conciliator differentia 103. citat Galeni diffinitionem hanc. Criſis eſt mutatio uelox, quæ infirmo fit, cum accidentium difficultate, aut ad latus ſanitatis, aut mortis.

Per dictionem uelox, intelligitur non omnes morbos terminari Cretice, ut eſt ephimera, ethica, maraſmus &c̃. quæ paulatim mouentur. Similiter in diabeticis, lientericis &c̃. Vehemens eſt ab accidentibus ſęuis, quia ſemper accidentia ſęuiora fiunt. Et nulla hora totius ægritudinis periculoſior eſt hora Criſis, & pedes & manus, cum naſo, cæteriſq́; extremis frigida fiunt. Nulla itẽ Criſis eſt perfecta & completa, niſi fuerit expulſio.

COROLLARIVM.

Morbus qui non est ex materia, nō facit Crisim, ut qui sunt ex inanitione. Solum igit̃ humorales faciunt Crisim, neq; tamen omnes, quia nonnulli sunt paulatim, aut ad sanitatem, aut ad mortem declinantes.

Crisis tamen absolute semper intelligitur de bona, quæ ad salutem uergit.

Fen. 2. 4. Similitudines de Crisi, Auicenna facit Regem, Tyrannũ, Ciuitatem, Bellum. Rex uirtus est & natura. Ciuitas est corpus ægrum. Tyrãnus est morbus uel materia morbi. Bellum est pugna inter naturam & morbum, Regem & hostem, quæ scilicet Crisis est.

ALIA.

Actor est uirtus, Reus morbus, Testes signa Crisis, Iudex Deus & Medicus. Prę terea in omni morbo cōcurrunt tres motus. Primus scilicet Accidentium sęuorũ. Secundus motus expulsiuus, aut deriuatiuus materiæ peccantis. Tertius est mutatio ad salutem, idq; intelligendum in Crisi bona & laudabilili & perfecta.

Mortis diffinitio, quam Galenus tertio de Crisi scribit, uidetur etiam decla-

tare diffinitionem Criſeos. Quando ni-
hil aliud mortem eſſe dicit, quam domi
nium ægritudinis ſuper naturã comple-
tum. Et eregione uitam nihil niſi domi-
nium naturæ ſuper materiã peccantem.

DIVISIONES MOR borum, atq; in quibus fiat Cri ſis uel non fiat.

Prima diuiſio.

Morboꝝ quędã ſunt à natura ſiue prin-
cipio generatiõis, & proprie quidẽ non
dicuntur ægritudines, ſed potius uitia,
ut latinus ille & doctus author Iulius Fir
micus Maternus adpellat. Qualia ſunt
cęcitas, ſurditas, gibboſitas, claudicatio,
& ſimilia. Inq; his, ſimilibusq́;, nũquam
expectatur Criſis.

Quædam ſunt cum tempore acquiſi-
ta, ſiue ex nouo inuadentes, & de his eſt
ad propoſitum. Atq; in quibuſdam ho-
rum fit Criſis, in nonnullis non, ut infra
mox patebit. Hæc diuiſio habetur apud
Ptolemæum in Alarmabakalet, tractatu
ertio, cap. 12.

DIVISIO SECVNDA ex Auicenna ſecunda primi.

Omnis ægritudo, aut est à mala complexione, cum materia, atq; in his nonnullis expectat̃ Crisis. Sine materia, inq; his non expectatur Crisis, sicut in ethicis & ephimeris, quia tarde, & sine uehementia mouentur, ut supra dictum est.

Mala compositione. In forma, Magnitudine, Numero, Situ. In nulla harum fit Crisis, iam enim factę sunt, neq; committitur pugna iuxta diffinitionem.

Solutione cõtinuitatis, atq; in his nisi raro expectamus Crisim, quoniã nihil in his, cum quo fieret pugna, nisi hæc ipsa continuitatis solutio, quemadmodum esset uulnus cum apostematiõe, aut acuta febre, sicut fieri solet in fractura cranei, & alijs quibusdam.

Aut ab his iam dictis omnibus simul, ut sunt apostemata, siquidẽ in his præcipue expectamus Crisim, quo cito terminantur, & ad maturationem tendunt, ut est Pleuresis, Angina, & quędã lienis apostemata. Quæ uero non sic terminantur, neq; cito ad maturationem tendũt, non expectat̃ Crisis, ut in Bubonibus non uenenosis (uulgo schlier) in glandulis, scrophulis, aut nodis morbi Gallici.

Bubones

Bubones isti resoluuntur stercore uaccino, si in primis, secundis, aut tertijs diebus adponatur, idq; Tanstetter se quã sæpissime expertum dixit.

Tertia diuisio ex Cornelio Celso.

Morborũ alius est acutus, huius diffinitio sumitur ex Aph. Hippocrat. lib. 2. Acutæ ægritudines, sunt magnæ & periculosæ, & ad statum properantes cito, atq; istę diuidunt̃, ut infra. Chronicus, is per cõtrariũ diffinit̃, suntq; lõgi, ut infra dicemus. Cõuersiuus, q terminat̃ quadraginta dieb9. Vigesimus dies est ꝓpri9 terminus uere acutorũ morboꝝ. At 40. terminus est acutorum conuersiuoꝝ, & qcqd ultra est, ad Chronicos numerat̃.

Morboꝝ alij sunt perperacuti, siue ualde acuti, ubi accidentia sunt sęuissima, & status est om̃ino propinquus, & proprie termiant̃ quarto die, uel ante quartã, ut Apoplexia, Bubones pestilentiales, pestisq; febres. Angina (quam D. Tanstetet uidit terminari in 24. horis) & pleuresis, & aliquando quarto, sed tamen raro.

Peracuti, ubi accidentia non sunt in ultimo uehementiæ aut sęuiciæ, quemadmodum in perperacutis, tamẽ sęua cum

uehe

uehementia, & terminantur ut plurimũ in ſeptem diebus, ut pleureſis, phreneſis & quædam apoſtemata epatis.

Acuti ſimpliciter, qui terminantur uigeſimo, uel 17. uel 14. die.

Compoſſibilis.

Longus poteſt eſſe acutus ut infra.

Obtuſus poteſt eſſe breuis, ut dolor capitis ex æſtu ſolis, uel lõgus, quia plerunq; diuturnus.

Compoſſibilis.

Repugnantes

Repugnantes

Compoſſibilis

Acutus poteſt eſſe longus, qa conuerſiuus, ut ſupra.

Breuis, aliqñ eſt acut⁹, aliqñ nõ, ut ſupra in obtuſo.

Compoſſibilis

A quibus cauſſis fiant morbi acuti. Corollarium.

Acuti morbi, quibus proprie. & ut plurimum debetur Criſis. Aut ſunt ratione ſubtilitatis humorũ, ut in Cauſone. Aut à cali

à caliditate humida, sycut in synochis. Aut ab humorum copia, ut in cõuulsione, & præsertim in opisthotono.

Vidit em̃ Tanstetter hominẽ Viennæ, qui cum per Saturnalia uinum uendidisset, atq; inibi identidem nimis ingurgitasset, tandem in uaporibus, quę cellaria uerno tempore habent fortissimas, opisthotono correptũ, adeo ut lectu decumbens, in paroxismis uentre anteriore arcuato, tantum non caput & pedes retro coniungeret, idq; magno crurium strepitu & frigore. Interea tamen mirum satis bonæ erat rationis & sanæ, poteratq; loqui, siue quę uolebat susurrare, clausis etiam num spasmatisq; dentibus. Tandem uero nullo medicamine opitulãte, quarta die perijt. Aut à loco, ut in Angina, nã celerrime nõnunquam terminatur. Aut ab humida malitia siue uenenositate, ut in pestiferis morbis. Porro à contrarijs caussis fiunt morbi obtusi.

DIVISIONES CRIsium, ubi tandem dinoscitur quæ nam bona, quæue mala censenda sit.

Diuisio prima.

Crisis

Crisis, aut fit per euacuationem naturæ, facientis morbum ad extra, per certa euacuatoria.

Deriuationem, siue permutationem illius materiæ ad membra remotiora, ut in Synocho, ubi peccat Sanguis, & corruptus magna ex parte in Choleram transit, & fit Crisis.

Nota Synocha de multo. Synochus dicitur de putrefacto. Item quicunq; laborāt Synocho, ut plurimum post morbum sanati habebunt, aut morbum Gallicum, aut scabiem aliam.

Secunda diuisio.

Crisis, aut est cōpleta, in qua tota materia faciens ægritudinem, expellitur & euacuatur, sicut in Synocho facit fluxus sanguinis narium, de qua Rasis 19. Continētis. Galenus inquit, Mutatio magna ducens ad salutem, aut euacuationē manifestam materię facientis morbum, aut per deriuationem illius membri, ad aliquod membrū ignobilius, facientis apostemata, Bothor, uel pustulas.

Diminuta, siue incompleta, quæ scilicet propter debilitatem uirtutis, uel propter materiæ indigestionem, uel multi-

tudinẽ, uel malignitatẽ, materia peccans non euacuatᷓ, neq; deriuatᷓ, de hac Rasis loco q̊ supra. Morbus qui declinat absq; his duobus modis, de natura eius est, ut redeat deterior q̃ prius erat, nisi sint ex morbis Chronicis, aliqui qui sensibiliter resoluuntur, & perfecte, nec redeunt.

Tertia diuisio.

Vtraq; prædictorum est duplex, Completa laudabilis, quæ celeriter fit ad salutem, ut in 24. horis.

Cõpleta mala, quæ celeriter ad mortem fit, quanq̃ illa ꝓprie nõ dicatᷓ Crisis.

Diminuta laudabilis, quæ paulatim ad salutem.

Diminuta mala, quæ paulatim ad mortem tendit.

Quarta diuisio.

Crisium alia est salua, quæ fit sine accidentibus timorosis, & periculis, ut si nõ est difficultas, aut nocumẽtũ anhelitus, permixtio rationis, nasus acutus, oculi nimium caui &c̃.

Dubia, quæ cum accidentibus fit timorosis, & suspectis, ut iam enumerata sunt.

Quinta

Quinta diuisio.

Crisium quædam certa, quia non sequitur recidiua, neq; redit morbus.

Incerta, ubi redit ægritudo, inciditq; paciens recidiuam.

Sexta diuisio.

Crisium alia est indicata, ubi Medicus in diebus indicatiuis uidet indicia futuræ Crisis.

Non indicata, ubi nullam uidet Medicus indicationem.

Septima diuisio.

Crisium quædam fit in die Cretica.

Non in die Cretica, & hæc quidem fit tardius, hæc citius.

Qui autem sint dies Cretici, infra in secunda huius materiæ parte patebit.

Ea uero, quæ ut plurimum impediũt, ne Crisis fiat die debito, sunt acuitas, uel obtusitas materiæ, aut eiusdem malignitas, multitudo uel paucitas. Item negligentia Medici, aut infirmi, aut circũstantium, uel passiones animi, ut ira &c. Idipsum etiam facere possunt strepitus, clamores, clangores, item bombardarum sonitus &c. Ea propter D. Tansteter consulebat, ut ubicunq; locorum quis Medicum

cum agat, summo animi studio curaret, eo quo populariter uagant morbi tempore, quoq; plures eius cui præest ciuitatis incolæ grauiter laborant, Bombardarum fulgetra, aliosq; strepitus, pio, prudentiq; consilio, Senatus præueniat, ne uidelicet, hac de re natura territa, adeoq; stupescens, morbum inexpugnatũ relinquat, unde ęgris maxima pernicies orit.

Octaua diuisio.

Crisium alia est Vniuersalis, quæ scilicet fit, uel per fluxum sanguinis, uel per uomitum, secessum, urinam, aut sudoré, & à toto simul euacuationem.

Particularis, quæ fit per sputũ, per sanguinem fluentem ex naribus, per lachrymas, per mucoré in naribus, aut aliquo priorum modorũ facto, à membro particulari, uel priuato. Vt fluxus sanguinis nariũ, potest esse uniuersalis, quãdo euacuat ex toto: uel potest etiam esse particularis, quãdo scilicet uenit in pleuresi, uel περιπνευμονία, cæterisq;, ubi à priuato fluit mẽbro. Ita est de hęmoroidibus, alijsq; euacuationibus, simili iudicio.

Nona diuisio.

Crisium alia est, proportionata morbo

locoq́ꝫ, & est quando euacuatur humor peccans, per conuenientem regionem, ut si in Epatis Sanguineo apostemate, superuenit fluxus sanguinis dextræ naris.

Non proportionata ægritudini & loco, quādo non euacuatur materia noxia adfligens, sed alia quædā, neqꝫ per competentem locum.

Ad præhabitas diuisiones, conclusio hæc Galeni, secundo cap. primi, de diebus Criticis libri sequitur.

Crisis melior, siue optima est, quæ fit per euacuationem die Critica, quæq́ꝫ est completa, laudabilis, certa, iudicata, uniuersalis, & proportionata ægritudini & loco. Atqꝫ illa demum propriissime, & absolute dicitur Crisis. Reliqua cū addito, ut Crisis mala, quæ est ad mortem. Incompleta, siue diminuta, ubi materia non tota euacuatur, & ita de reliquis differendo.

QVOT, ET QVIBVS MOdis contingat ægritudinem terminari, ubi præsertim agitur de speciebus euacuationum & permutationum in Crisi.

Quatuor

Quatuor sunt caussæ, propter quas cõtingit fieri mutationẽ, aut uariationem, hoc est aliam, atq; aliam Crisim.

Prima est uirtus regitiua, quæ quatenus fortior est, eatenus melius & magis complete operatur & euacuat, expellitq; materiam morbi. At quãto ediuerso debilior, tanto minus complete operatur. Ad quod sequitur, quod Crisis euacuationis plærumq; fit in ægritudine materierum, subtilium & calidarum, uirtute existente forti. Verum Crisis permutationis, ut plurimum in morbis acutis, materia existente grossa, aut minus digesta, uirtuteq; debili.

Secunda caussa est dispositio materię. Nam si est digesta uel pauca, non maligna, tanto citius & laudabilior fit Crisis, quod si secus fuerit, diuerso modo etiam fiet.

Tertia caussa, est natura seu essentia materiæ, ipsa enim si est Sanguis, ut plurimum Crisis fit, aut per fluxum sanguinis undecunq; erumpat, per nares, per menstrua, per Hemorroidas, per Apostemata sanguinea.

Cholera, Crisis fit, aut per uomitum, Secessum, Sudorem, uel permutationem ad icteritiam, Scabiem Colericam, Herisipelam.

Melancholia, etiã Crisis fit, aut per secessum, Vlcera melancholica, Hemoroides, præsertim si adusta est, Apostemata eiusdem farinæ, Varices.

Phlegma, tunc Crisis fit, aut per uomitum, Tumoré pedum, aliorumq́; membrorum, Apostemata Phlegmatica, seu undimias, Paralysim, Spasmum &c̃.

Quarta caussa est, influẽtia cœlestis. Virtus enim regitiua, aut roboratur, aut prosternitur ab eadem, aut materia morbi minime sistitur, aut fluit astris ualentibus, Vnde Crisis est saluior aut peior.

Rasis 19. Continentis, ita differit de Crisi, quod idem est apud Auerroim, in 4. Colliget.

Crisis bifariam terminatur, secũdum Rasim, scilicet aut per euacuationé, &tũc aut fit per fluxum sanguinis narium, uomitum, secessum, urinam, sudorem, sputum, lachrymas, mucorem aut muscilaginem ex naribus, saniem fluentem ex auribus, id quod D. Tanstetter sępe uidit.

Per

Per exituram, & talis quædam ducitur ad putredinem, ut Carbunculus, & alia quæcunq; maturantur Apostemata, aut ad cutim ducuntur, ut fit in prutitu, scabie, ulceribusq́; scabidis.

Nullam putredinem, & maturationē, ut nodi neruorū, Apostemata glandulosa, scrophuli, nodi arthetici. i. die lęme.

Deriuationem ad aliquod corporis membrū, & ita fit, aut per dolorem crurium, genuum, aut aliorum membrorū, absq; Apostemate, aut per icteritiam.

Per Variolas, id est, blotern, & morbillos, id est, masen, flecken.

Per putrefactionem unius membri, ut nonnunq̃ sequitur ad permutationem Crisis, ulceratio uesicæ, aut matricis.

Per Paralysim, uel Spasmum, ut in colica aut apoplexia.

Per exituras ad intra, atq; ulcerationes, quæ semper suspectæ sunt, ut in morbillis, si non bene regũtur, uel sint senes, uel pueri, transeunt in disenteriā, id quidem malum est, quia pauci releuantur, ut fit etiam in uesica, & in renibus, atq; alijs membris.

Mutatio morborum, aut est subito ad

ſalutem, aut ſubito ad mortem, iſtæ attinẽt ad Criſim per euacuationẽ: aut paulatim ad ſalutem, aut paulatim ad mortem, iſtę ad Criſim per deriuationem.

Hos quatuor modos habuit Hippo.

Mutatio morborum, aut eſt ſubito ad melius, & paulatim ad ſanitatẽ perfectã.

Subito ad peius, & paulatim cum proſtratione uirtutis ad interitum.

Hos duos modos Galen9 addidit Hip.

Paulatim ad melius, & ſubito ad completam ſanitatem.

Paulatim ad deterius, & ſubito ad interitum. Hos duos addidit Auic. Gale.

Et hi quatuor modi rectius dicuntur modi terminationis morbi, q̃ Criſes.

Iſti duo modi Auicennæ præciſe oppoſiti ſunt ultimis duobus Galeni, Hippocrati additis.

Raſis 19. Continẽtis, ſex modis Galeni alios quatuor ſuperaddidit modos terminationis morborum. Primus eſt mutatio ſubita ad bonum incõplete, quã ſequitur ſubita mutatio ad malũ. Secũdus eſt mutatio ſubita ad malum incõplete, quã ſequitur ſubita mutatio ad bonum. Tertius modus eſt, ſubito ad bonum incomple

cõplete, quã sequitur mutatio paulatina ad bonũ. Quartus est mutatio subita ad bonum incõplete, quã sequitur paulatina mutatio ad malum.

Ad hæc subiungit Rasis ex Galeno 3. prognost. Hos tamen uidimus. Multos, inquiens, uidimus acute febriẽtes, & tamen sanati, nulla euacuatione sensibili, aut permutatione aparente, & potissi. in pueris, sub lõgo somno, quoꝗ uirtus est fortis, & materia pauca, non maligna.

Nicolus Florentinus dicebat, Crisis est in se effectus naturæ, naturaliter operantis, propter aliquem finem, qui est sanitas. Et Galen. inquit plures morbi terminãtur ad salutẽ, ꝗ̃ ad mortẽ, exceptis pestilentialibus, ubi materia est ita maligna, ac uenenosa, ut natura sępius nõ attentet pugnã cũ morbo. Vnde Crisis pro prie nõ dicit̃, nisi de ea, quæ salubris est.

DE CAVSIS CRISIVM.

Caussæ Crisium aliæ sunt principales, alię instrumẽtariæ, & quæ in salubri sunt instrumẽtales, in Crisi insalubri fiũt principales, quæ aũt principal. fiunt instru.

Caussa Crisium, Efficiẽs, cuius aliqua est principalissima, & est influentia, aut

uirtus cœli. Alia principalis, & est uirtus regitiua corporis, morbū præscribentis. Materialis, & est materia peccans, faciensq; morbum. Formalis, eadem cum efficiente. Finalis, est sanitas proprie, uel aliquando, & per accidens, mors.

DE TEMPORIBVS, quibus expectanda Crisis. In primis tamen de principio morbi, temporibusq; uniuersalibus morbi.

DE temporibus Vniuersalibus morborum, scribit Galenus 1. de Crisi, cap. 8. & 9. Auicen. breuiter 2. primi, cap. 7. Doct. 1. Et Galenus 10. de criticis, cap. 6. Vbi ex difficilioribus (inquit) quæ Medicus cognoscit, est principiū morbi &c. Non omnis præterea morbus, quatuor habet tempora, ut sunt ij, qui ad mortē terminantur. Atq; omnis morbus salubris, naturalis, qui curatur à natura (nam qui Bubones pestiferos, ex corpore excidunt artificio, non habent etiam huiusmodi tempora) habet principium, augmentum, & statum, & declinationem.

Quanto præterea morbus uehementioribus

tioribus incipit accidentibus, tanto eſt facilius iudicare de Criſi. Quanto demum obtuſioribus, leuioribusq́ꝫ, eatenus difficilius. In illo nimirum apprime dinoſcitur principium, unde dilucebit ſtatus. In hoc autem nequaq̃ꝫ, quare incertiſſimũ.

In unoquoqꝫ igitur morbo, qui per criſim cognoſci debet, neceſſarium eſt, ut principium morbi præſciatur.

Quamprimum ergo adfertur urina, rogandum principio, quando nam inceperit morbus. Ex hoc forte cogniturus, an diuturnus, an breuis, acutus, uel obtuſus ſit. Quippe quando dicit, prima, ſecunda, tribúſue ſeptimanis eum laboraſſe, iam poteſt certius iudicium fieri, de morbi principio, quodq́ꝫ morbus ſit acutus, obtuſus, diuturnus, aut breuis. Dein inueſtigandum, an patiens aliam prius paſſus ſit ægritudinem. Quod ſi afferat eum tertianam, quartanamúe paſſum, aliumúe morbum, poteſt itidem apertius iudicari ex quartana ſplenes, melancholia ex tertiana, aut colica conſequens hos morbos, & ita de reliquis.

Vltimo quærendum, an cum rigore, uel horripilatione, aut alijs accidentibus

inceperit: Nam ualde acutę ægritudines plęrũq; incipiũt cũ iã dictis συμπτώμασι.

Porrò ignorato principio, sæpius maximus accidit in curandis morbis error, exempli gratia. In Pleurisi, cum semper sit facienda Phlebothomia, si forte fuerit diuersiua, & iam quatuor aut quinq; diebus laboratum sit morbo, ingens nimirum error contingit, quippe qui patientem, uel ad exitum deducere possit, præsertim cum diuersiua facienda sit, statim ex contrario latere, in principio morbi. Euacuatiua autem in processu temporis ex eodem, idq; in omnibus apostematibus uenenosis. Nam in Antrace, Bubone pestifera, semper fit ex eodem latere Phlebothomia.

Principium accipitur apud authores. Primo, pro hora inuasionis ęgritudinis, qua ęger, uel Medicus percipit se febrire, aut alioqui impediri ac lędi in operationibus solitis, hoc in acutis morbis, qui subito inuadũt, non habet difficultatem, ut inquit Galenus 1. de Cris. ca. 8. In alijs uero, ut est Auic. in 1. Cant. quas pręcedit neutralitas, siue dispositio quædã Ameliloni dicta, est maior difficultas inuestigandi principium.

Secundo, pro tribus primis diebus ægritudinis, ut uidetur Hipp. sumpsisse in prognost. Et hoc fecit Tessalum errare, ut Galenus ostendit.

Tertio, pro tempore uniuersali morbi, quod distinguitur ab augmẽto, statu, & declinatione, idq́ attenditur pẽnes digestionem materiæ peccãtis, quæ digestio in principio non apparet, circa augmentum apparet, sed non plene. In statu autem manifeste, & complete perspicitur.

QVATVOR SVNT SIGNA, quibus traditur quatuor temporum morbi cognitio.

Primum est natura ægritudinis. A natura inq̃, equidẽ si acuta est, eo breuius principium, sin diuturna, eo est longius. Vnde etiã patet, statúsne sit propinquus, uel remotus, idq́ scitu tũ dignũ tũ necessariũ Medico, pręsertim q̊ ad dietandũ.

Secundum est tempus anni, ut æstate breuiores, plerũq; Hyeme lõgiores, præsertim Melancholice, iuxta Hip. in Aph.

Tertium est habitudo paroxismorũ, si enim sunt breues, mites, & postponunt, iam certo cognoscitur adesse declinationẽ, quod si secus fuerit, erit in augmẽto.

Quartum

Quartum eſt, materiæ digeſtio, quam diu enim manet materia indigeſta, principium eſt, augmentum, quando incipit digeſtio, ſed nondum eſt completa. Status autem ubi omnia, & ad totum completa eſt digeſtio, ut in Synocha, in principio urinæ ſunt ſpiſſæ, rubeæ, cum nulla hypoſtaſi, uel ſi eſt, tamen diffuſa eſt. Quando autem adeſt nubecula, quanquam diffuſa & ſparſa ſit, tum indicat augmentum. In ſtatu uero ubi adeſt hypoſtaſis, neque tamẽ nimis in ſupernis, neque in imo ſubſidẽs, ſed in medio, alba ſcilicet æqualis, per modum trianguli, cuius baſis inferius, & conus ſuperius ſit, quæ ſcilicet ſunt digeſtionis ſigna, & bonæ hypoſtaſis. Porrò in declinatione non contingit aliquem mori, niſi alia ſuperueniat ægritudo, uel ex errore Medici, uel malo regimine.

Atque in febribus interpolatis, morbum eſſe in declinatione, certiſſimũ eſt ſignũ, quando paroxiſmi incipiunt poſtponere, & cũ hoc ſunt mitiores & breuiores. Nam quando iſta tria ſimul adſunt, nunquam fefellerũt D. Tanſteterũ, quin ſemper iudicauerit adeſſe uniuerſalem decli

nationem

nationem, idq; sæpius sese expertum in practica affirmabat. Quod si nõ semper simul respondent, sufficiunt duo signa posteriora iam dicta.

Anticipatio autem, & paroxismorum prolongatio, & seueritas, signa sunt augmenti febriũ, & quod materia mala sit, & copiosa. Quando uero postponit, significat diminutionem materiæ. Et paroxismus dicitur mitior, ubi accidentia sunt mitiora.

NOTA.

Aliquãdo tempora distinguuntur penes intensionẽ & remissionem accidentium, nequimus tamẽ in omnibus morbis tempora ita per accidẽtia partiri, sed solum per signa digestionis: ut in specie synochi, quæ peraugmastica dicitur, accidentia in principio sunt intensiora. In homotono, id est, unius tenoris, per omnia tria tempora, æqualiter se habent accidentia. In augmastica, principio sunt parua, & usq; ad statum sæuissima semper. Præterea in multis morbis, simul concurrunt signa, tam sumpta à digestione materiæ, quam ab accidentibus, sicut sunt in tertiana, quotidiana, quarta

na. Item in quibusdam morbis, signa distinctiua temporum sumpta, ab accidentibus præcedunt, signa distinctiua, sumpta à digestione materiæ: ut fit frequenter in apostematib⁹ pectoralibus, & alijs apostematibus, quãdo dolor citius q̃ digestio morbi in sputo, morbum indicat.

Galenus 1. de Criticis, cap. 6. Ego aũt inquit, dimitto ægritudines, quarũ principium est ignotũ, & ponam experientiam dierum κρισίμ, & probationes eorũ in ęgritudinibus, quarum principia sunt cognita: & paulo infra, eodem cap. ego quidem dico, quod principium ægritudinis est de difficilioribus, quæ Medicũ est possibile scire.

Attamen in morbis acutis, quibusuis cum aliqua horripilatione, aut excellenti aliquo accidenti incipiunt, non est ad modum difficile cognitu principiũ, per iam superius dicta.

DE SIGNIS CRISIS.

Signa Crisis, uel sunt Demonstratiua, quæ iam præsenté Crisim demonstrant, ut si uomitus futurus est, sentitur nausea, si fluxus sanguinis narium, pruritus sentitur.

Progno

Prognostica, quæ futurā indicant Crisim, ꝑpe, uel adhuc remotā esse, ut uirt⁹ fortis, digestio materię apparēs in urina.

Rememoratiua, quæ præteritam indicant Crisim, quomodo scilicet, & quando præcesserit, ut si euacuatio copiosa præterierit in die Critica, & alleuiatus est patiens &c̄. Lege latius Cæsarem Neapolitanum.

Signa sumuntur à rebus naturalibus, ut à complexione, uirtute, humoribus, membro, operationibus, & ætate &c̄.

Non naturalibus, ut ab aere, regimine cibi & potus, somni & uigiliæ, passionibus animæ &c̄.

Præter naturam, ut ab ipsa ægritudine, à caussa & ab accidentibus.

OCTO SVNT PRINCIPAlia, quæ necessario inuestigantur in Crisi.

Primo, an in tali ægritudine Crisis sit futura uel nō, quia quædam per Crisim terminantur, quædā non. Secundo, an Crisis sit bona, & salubris, an nō. Tertio, an sit completa, uel incompleta futura.

Vtrum sit propinqua principio morbi uel non, siue an sit cita uel tarda.

Sit

Sit futura per euacuationē, uel permutationem. Fiat per ſanguinis fluxum, aut per uomitum, per egeſtionem, per urinam &c̄. Fiat permutatione, per apoſtemata, an per exituram, aut in alios morbos. Qua ſit die futura, an ſeptima, undecima, decimaquarta, uigeſima &c̄.

Signa Criſis ſunt, aut propinqua, quæ indicant iam im̄inere Criſim, ſumuntur iuxta Apho. Hippoc. 13. lib. 2. Quibus fit aut futura eſt, his nox grauis ante acceſſionem. Quando enim huiuſmodi materia morbi à natura agitatur, proueniunt inde fumi, q ſi aſcēderint caput, adparet alienatio mentis. Si ad cor, ſyncopis, tremor cordis, & ſunt ualde timenda. Si ad ſtomachū, ſingultus, nauſea, tremor inferioris labij. Si ad epar, eſt dolor & tenſio in dextro hypocondrio. Si ad inteſtina, rugitus, tenſio, tormina &c̄.

Remota, ſigna ſumūtur à multis, quæ Criſim à remotis fieri indicant, & ratio eorum eſt ualde diuerſa, quia nonnunq̄ accipiūtur ab ipſo morbo, quod ſcilicet eſt, uel perperacutus, aut peracutus, uel acutus, ſicut in Angina, Cauſone, Synocha, Pleureſi. Secundo à uirtute, ſcilicet ſi

eſt fortis

est fortis, quia citius, sin debilis, non ita cito criticat. Tertio, à consuetudine, ut si sint asueti ad uomitũ, aut ad fluxum, uel uentris, uel sanguinis nariũ, uel hemorroidarũ, aut non. Quarto, à tempore anni, ut in æstate facilior & citius est Crisis, cæteris paribus, q̃ in Hyeme, & hoc propter subtilitatem materiei. Quinto, à dispositiõe materiei, si scilicet sit ualde subtilis & furiosa, aut si est obtusa, crassa, cruda: quia subtilis citius, crassa non admodum critica. Sexto, à loco, ut si est ægritudo in gippo epatis, siue conuexo, speratur euacuatio critica, per uias urinales, præsertim si correspondent signa amplitudinis uiarum urinalium: si in concaua parte epatis, speratur euacuatio per fluxũ uentris. Septimo, ab accidentibus, quæ multa & uaria sunt, de quibus Auic. loco sępe alligato copiose agit. Octauo, ex aliquibus remissis motibus, uel euacuationibus paruis: ut si est futura in septimo, & uidit in quarto quendã motum, sicut rugitũ uẽtris speratur in septimo, fluxus alui criticus. Nono, à signis digestionis, uel indigestionis, nam si digestiõis signa adparẽt in quarto die, aut prope, quãto

sunt meliora, tãto certior expectatur Crisis ad septimum. In omni Crisi, ægri habent breuem anhelitum, & angustum, estq́ signum familiare, feré in omni Crisi, propter fumos ad spiritalia ascédentes, & ad pulmonem uenientes, unde adeo frequens fit, ueluti eorum qui strenue currunt.

Nota

CARMINA QVIBVS HABENTUR SIGNA CRISIŨ UNIUERSALIA.

Sudor & urina pariter & solutio uentris
Sang. aposte. uomitus sunt critica signa.

Signa digestionis cõsyderantur in tribus, in urina, in egestione, & sputo.

In morbo ergo stomachi, & concaui epatis, certius sumitur signum ex egestione, non neglecta tamen urina. In gibbi uero epatis morbis, apostematibus renum & uesicæ, primo cõtemplanda urina, postea egestio. At quæ attinent ad spiritalium morbos, magis consyderantur in sputo, interim tamen non negligantur urina & egestio.

¶ Quatuor sunt quæ Medicũ in cognitioné Crisis ducunt, motus materiæ, uirtus infirmi, species morbi, & tempus anni. Ponamus quod ægritudo sit cholerica, ut

ca, ut Causon, & tempus ęstatis, & uideo per bonitaté pulsus & anhelitus uirtuté esse fortem, & materiam per signa moueri, indico adesse bonam Crisim.

In omni Crisi ista duo præ oculis sunt habenda. Virtus scilicet, quæ cognoscitur per pulsum & anhelitũ, aliasq; operationes: si enim in Crisi bonæ sunt rationis, optimũ & salubre est signum. Dein uidéda digestio materię, per sputum, excrementa, ut dictum est: siquidem uirtus est fortis, & materia digesta, nihil est quod impediat Crisim, nisi error in regimine patiétis, uel Medici, aut assistentiũ.

Completior & uelocior Crisis est per fluxum sanguinis narium, inquit Auice. & Rasis, quia materia subtiliata & inflãmata, sursumq; eleuata, intra uenas expeditius euacuatur. Dein per fluxum uentris, postea per uomitum, quarto per urinam, ultimo per sudorem: dein per permutationem & exituram &c̃. Hæc Cæsar Neapolit. Quo pacto auté quæq; uel permutationis, uel euacuationis Crises, aut per sanguinem narium, per uomitũ, per secessum, urinam, sudorem, apostemata, exituras, abcessus, scabiem, uario-

las, morbillos, icteritiam, aut per singu-
larem alium morbū significētur. Quæq;
indicia tum proprie unicuiq;, tum pluri-
bus cōmunia id indicent. Quære apud
Auic. qui dilucide simul & succincte om
nia comprehendit Fen. 2. quarti, per plu
ra capita. Et apud Galenum, Augustinū
Niphum, atq; demum apud Cæsarem
optatum Neapolitan. Nam laboriosum
esset huc ea seponere, quæ cum tantis ui
torū uoluminibus liceat cuiq; adipisci.

Finis primæ partis.

PARS SECVNDA,
de inuestigatione, & inuentione
dierum Criticorum, indicati-
uorum, intercadentium, si-
ue prouocatoriorum, &
uacuorum.

Dies ægritudinum, præcipue acuta-
rum, diuiduntur in Criticos, indici
arios, intercadentes siue prouocatorios,
& uacuos. Oportet autem sagacē & di-
ligentem Medicum, quam potest inue-
stigare hosce dies, ut certam rationem in
stituendæ dietæ, & exhibendi Medici-
nas habeat, iuxta Hippocratē in Aph. 4.
usq;

usq; ad 10. primi libri. Quibus adde 20. primæ parti. & 29. secundæ.

Modus autem inuestigandi præfatos dies, cognitionem principij morbi præsupponit, quod hoc loco secundum Galenum, primo de Criticis sumitur, pro tempore quo infirmus sentit se notabiliter offensum, & impediri in operationibus suis, ut supra prima parte dictum est. Et quoniam, ut Galenus inquit ca. 6. primo de Criticis, Principium ægritudinis est de difficilioribus, eorum quæ Medico possibile est scire. Sequitur ergo ex sententia Galeni, eodem cap. quod ægritudines, quorũ principium est ignoratum, sunt dimittendæ. Præterea anteq; inuestigationem præfatorum dierum attentemus, operæprecium est scire descriptiones siue diffinitiones dierum Criticorum, indicatiuorum, intercadentium & uacuorum, ut ea quæ sequuntur, faciliora se intellectui nostro offerant.

DIFFINITIO.

Criticus igitur dies, siue decretorius, siue indicatorius, est tempus ipsum quo uirtus corporis regitiua, per humorum peccantium manifestam expulsionem,

siue permutationem, siue deriuationem à pugna cessare solet frequentius. Qui dies principaliter seu radicaliter, in primo mense, hoc est, in acutis ægritudinibus absolute (nam chronici & acuti cõuersiui, mensem excedũt) ut plurimum sunt 7.14.20.& 27. attestantibus diuo Hippocrate, Heraclio, Diocle, Archigene, Gale. in pluribus locis.

Indiciarij dies, siue indicatiui, sunt qui dant signum, & demonstrant super futuram Crisim, proximo die Critico fiendam frequenter. Vel sunt illi dies, quibus uidentur signa, siue inditia alterationis materiæ, ad bonum uel malum, & indicãt quid futurum sit die Critica propinquiore.

Radicales, siue principales, iuxta authorum dictorum sententiam, sunt in acutis absolute in primo mense, ut plurimum 4.11.17.& 24. iuxta Hippocratem in Apho. 24. lib. 2.

Intercadentes, seu intercidentes, aut in medio cadẽtes, aut prouocatorij, sunt quibus solet uenire Crisis, sed per accidens: uel ut Niphus inquit, sunt quibus humor

humor peccans, siue nociuus, uirtutem ad pugnam prouocat: inde enim Prouocatorij, quod uirtus prouocetur in his à materia peccante ad pugnam: & Intercidentes, quia cadunt, aut interueniunt inter criticos, & indicatiuos pri⁹ dictos: & illi, ut plurimum sunt, tertia, quinta, sexta, nona, & decimatertia, & raro assurgunt supra, authore Rasi.

Vacui, sunt quibus natura, siue uirtus regitiua, nihil noui uidetur attentare, aut moliri. Vel qui nec sunt critici, nec indicatiui, nec intercidentes, suprascripti: & sunt, ut plurimum prima, secunda, octaua, decima, duodecima, decimasexta, decimaoctaua, & uigesimasecunda: & istæ dies adpellantur Medicinales, decretorij, uel critici artificiales, in quibus Medico cæteris paribus euacuare licebit.

Contingit autem interdum hosce dies inuicem cõmutari, alternasq; uices subire, & hoc, ut Galenus scribit de Criticis, lib. 1. cap. 11. uel fit ex errore Medici, non adhibẽtis debitum regimen: uel ex alio Medico superueniente, & exhibente aliquid: uel ex errore infirmi nõ regente se debite: uel ex errore ministrorũ non ser-

nientium sicut oportet, uel ex accidente extrinsecus ueniente. Quæ omnia satis ostésa sunt ab Hippocrate primo Aphorismorum, cum inquit. Oportet aũt non solum seipsum præbere facientem quæ oportet, sed etiam ægrotantem, & præsentes, & ea quæ extrinsecus sunt. Proptere etiã Galen. loco, quo supra præmittit hæc uerba. Et diximus quod huius infirmi Crisis erit in die tali, si non interuenerit aliquis pręcedentium, uel accidens ab extrinseco. Inter accidentia aũt, quæ ab extrinseco uenire solent, numerat Galenus ibidem, incendium domus infirmi, aduentum latronum, aut aquas irruentes, uel imminentes suffocationes, tonitrua, coruscationes, pluuia intempestiua, casum tecti, ruinam domus, tumultũ & strepitum uicinorum, insolitos clamores & sonitus, latratus canum, nuncius contristans.

Pręterea ad inuestigationem ueri diei Critici, oportet nos consyderare radices duas, quas ponit Galenus 3. libro Criticorum, cap. 1. Et una earum est agitabilis non adhęrens uiæ uni, & ordini uni, & est materia, in qua fit ut materia morbi

posset esse. Et radix altera est res currens, secũdum ordinem unum, & uiam unã, ut corpora cœlestia.

Adhuc ad cognoscendũ uerum diem Criticum, necesse est scire tria esse tempora Crisis, quæ Galenus lib. 1. cap. 8. de Criticis notat. Primum est principiũ circuitus, id est, paroxismi, cuius aduentus significat Crisim. Secundum est principium rei, qua fit Crisis, uel ei9 permutatio. Tertium est cõsumptio Crisis, id est, consumatio uel alteratio Crisis, ad salutem uel mortem. Et paulo infra cõcludit Galenus in hæc uerba. Dies in quo inueniuntur duæ horę ex horis Crisis, est digni or Crisis dies.

Idem quoq; cap. 2. & 4. primi de Criticis, scribit se nunq̃ uidisse Crisim in 12. uel 16. die, & quod in 6. nunq̃ uiderit sine accidentibus timorosis. Et 11. cap. eiusdem libri, Qui nõ bene (inquit) scit signa mortis & timoris, & signa salutis, nihil iuuatur ex hoc sermone meo. Idcirco admonet nos, quod eo diligentius memoriæ cõmendétur signa, quæ supra dicta sunt.

MODVS INVESTIGANDI dies Criticos.

Hippocrates Medicorum primus, longa experientia, non autem ex motu cœlestium corporum, qui eo tempore nondum erant supputati, nec extabant, aut sciebantur, edoctus dies Criticos constituit, ut diximus ex Apho. Qui uero eum secuti tempore, uolentes caussam Criticorum dierũ exquirere, rationemq́ reddere cur Hippocrates sic de illis pronunciarit & sanxiuerit, in opiniones uarias dissecti sunt, unde & uarius inter eos erat inuestigandi modus. Quippe Pytagorici primi post Hippocratem, ex ui numerorum & efficacia id fieri ptonunciabát, totumq́ negotium Criticum uirtuti numerorum tribuebant, ita scilicet edocti à Pythagora, qui cuncta ui & efficacia numerorum fieri asserebat. De qua re consule Boetium, Maniliũ, & Macrobium. Deinde illi ipsi simili errore arbitrantur Crisim septimo die propter dignitatem & uim septenarij numeri prouenire: de cuius ui & potentia disserit latissime Calcidius super Platonis Thimęum, & Macrobius super Somnio Scipionis. Item Aulus Gellius lib. 3. cap. 10. Atq; illos doctissime reprobat Galenus, libro de Cri-

ticis 3. cap. 9. & Conciliator differentia 104. Porrò alij uim numerorum in hac re nihil ualere uidentes, præterea huiusmodi effectus non posse uirtuti regitiuæ corporis attribui, cum ipsius non sit una die plus quam alio operari, neq; moueatur uirtus, nisi extimulata, aut à digesta materia peccante, aut à uirtute cœlesti, quare non esset ratio maior, quare Crisim uirtus facere conetur in septimo, quam in octauo, aut etiam in secundo die. Videntes insuper, neq; posse adscribi illum effectum Criticorum, scilicet dierum, ipsi materię peccanti, quãdo motus non de septimo in septimũ, sed in Cholericis de tertio in tertium, in Melancholicis de quarto in quartũ esset, Necessario à sufficienti diuisione coacti sunt recurrere ad motus corporũ cœlestium, illisq; præsertim ☾, attribuebant euentũ dierum Criticorum. Et quoniam apud illos Astronomia adhuc rudis, imperfectaq; erat, cum non haberent motus Planetarum exactos, inuentosq;, computauerunt duplicem mensem, ut etiam est apud Galenum uidere, cuius tempore licet ueri motus fuerint à Ptolemęo Aegiptio inuenti,

nam

nam contemporanei fuerunt ambo, ni fallor, ſub Antonio Pio Imperatore, qui 16. numero fuit, illos tamen ad Galenum non ueniſſe certũ eſt, uel quod in diuerſis locis habitauerint, uel quod Ptolemæo non licuerit quæq;, ut ſunt ſcripta ad uota euulgare. Ferunt itaq; duplicem menſem, Menſem propriæ impreſſiõis, quem una integra reuolutione ☾ in Zodiaco metiebantur. Ita aũt appellabant eum, quoniã ſolius ☾ hic motũ aduerterunt, medium ſcilicet, nullo reſpectu habito ad ☉, aut alios errones. Et Menſem cõmunis impreſſionis, ſiue menſem illuminatiõis, ſeu menſem apparitionis, magna pars Medicorum menſem Medicinalem uocat, quem computabant ab heliaco exortu ☾, quando ſcilicet ☾ poſt ☌ incipit aparere illuminata, idq; computabant diebus 26. & horis 12. Quod de inde tẽpus frangebant per 7. & 4. Sicq; & ipſis uidebatur, & reddebant rationem, cur dies Criticus eſſet 7. & 14. 20. &c̃. Nã de prioris menſis diuiſione id facere nõ poterant. Appellabant autem menſem cõmunis impreſſionis, quoniã non ſolũ à ☾, ſed etiam à ☉ penderet. Inq; hac hę

reſi

resi fuit etiam Galenus, ob caussam superius dictam, ut adparet etiam 9. cap. 3. de Crisibus, quem doctissime & recte reprobat Conciliator differentia 104. Si enim luna, inquit, silente quis ægrotare incipiat, quod frequenter accidit, unde computabimus dies Criticos morbi illius, cũ aliquando tertia die ☾ incipiat illuminari à ☌. Quod si sit perperacutus, aut peracutus, ille morbus ☾ silēte, non erit assignandus dies Criticus. D. Tanstetter addebat suam, & efficacissimã rationem, qua ostendebat supputationem mensis Medicinalis fundamento carere, & omnino nullam esse, & prorsus ridiculam. Nam dicebat cum ☾ à ☌ apareat illuminata, aliquando eadem die, aliquando secunda, quandoq; tertia, nonnunq; 4. dies Criticus, puta 7. uel 14. aut 20. semper erit incertus & inconstans, ob instabilitatem principij, à quo ordiuntur supputationem eorum dierum facere, scilicet ab illuminatione ☾. Quod aũt uel ☾ quandoq; tardius adpareat à ☉, triplex est ratio, authore Pyrbachio, in Theoricis Planetarum, de passionibus Planeta. Prima est obliquitas Zodiaci & Hori-

zontis

zontis. Secunda, latitudo ab Eclyptica. Tertia, inæqualitas motus ☾, quod scilicet aliquando citius, nempe in inferiore parte epicycli, quandoq; tardius, scilicet in superiore parte epicycli moueatur. Fit igitur quãdoq;, ut omnes hæ caussæ con currant, tũc eodem die adparet & uetus & noua ☾, quod & Plinius lib. 2. cap. 17. fatetur. Quandoq; duæ tantum caussæ concurrunt, tunc secunda die adparet, post ☌. Aliquando uero una sola caussa tunc in tertia die uidetur: quandoq; autẽ omnium horum oppositum accidit, tũc quarta die incipit apparere: hæc ille. Cũ igitur principium supputatiõis illorum inconstãs est, fit ut mensis Medicinalis, quem Gordonius & cęteri commentantur, plane radice careat, sitq́; ridiculus.

DE VERO ET RATIONALI modo, planeq́; Astronomico, inueniendi dies Criticos, indiciarios, intercidentes, & uacuos.

Quod ægritudines, acutorumq́; morborum Crises, referantur ad motum ☾, ostendit Galenus docte & copiose lib. 3. de Criticis diebus cap. 6. atq; est triplex

omnino

omnino caussa. Prima caussa est, quoniam ☾ est propinqua nobis, nam quanto agens propinquius passo est, tanto efficacius operatur, & ad sensum magis Aristotelis, de generatione & corruptione primo. Et hoc ostédebat Ptolemæus 61. sententia, quãdo dicit, ☾ significat ea quę corporis sunt, ut quæ ei pro motu similia sunt. Secũda caussa est, quod ipsa motrix & concitatrix est humorum, quod testatur Ptolemæus in sui quadripartiti, sententia 56. cum inquit. Cum ☾ est in primo quadrangulo, hoc est, ex quo à ☉ ☌ recessit, corporũ humiditates ad secundum usq; effluunt, in reliquis autem decrescunt. Id etiam confirmatur experientia multipliciter. Primo, in fluxu & refluxu maris. Secundo, in ostreis & cancris, & plerisq; alijs animalibus marinis, quæ crescente ☾ succulẽtiora sunt quam decrescente. Tertio, per arbores cęsas, per sues mactatas, & id genus simile. Sunt enim ligna cęsa decrescente ☾, atq; carnes mactatæ diuturniores quam crescente, quod Plinius lib. 18. cap. 32. affirmat. Quarto per ægrotos, præcipue eorũ qui solẽt cursu humorũ ad artus & iuncturas

molestari,& in uulneratis. Nã si quis uul neratus fuerit, ☾ ipsa peragrantiæ signũ quod membrum respicit lęsum, plærũq; uulnus ipsum ex humorum affluẽtia ingrauescit, ac magis si crescens fuerit, & in fortunata. Tertia caussa est, quod motus ☾ per 16. angulos recte conuenit cum motu siue conatu uirtutis cõtra humorem. Quod multis locis de Criticis dieb9 Galenus ostedit, hactenus quod motus iste ad ☾ pertineat.

Modus uero Galeni, quo dies Criticos & reliquos cap. 9. præfati libri inuestigare conatur, per mẽsem scilicet communis impressionis, quẽ Neoterici mensem Medicinalem adpellant, non omnino & exacte cum rei ueritate se quadrat, ut supra probatum est, & quod ostendit Conciliator differentia 104. Doctissimus enim Medicus Galenus, cum nondum ueri motus Planetarum in eius cognitionem uenissent, secundum medium motum ☾, quandã supputationem coactus est excogitare, quo aliqua saltem coniectura præfatorum dierum inuentionem attingeret. Namq; Ptolemæus Aegyptius, uerorum motuum cœlestium instau

tator, atq; dierum criticorum per uetum ☾ motum, primus ostensor & repertor, licet synchronos Galeno fuerit, sua tamen scripta, inuentaq́; ad Galenū transmittere non quiuit. At accipienda Aegyptiorum est, de inuentione dierum criticorum doctrina: quādoquidem & ipse Galenus lib.3.ca.6. de criticis, fatetur Aegyptios Astrologos hanc sententiam de criticis diebus primū inuenisse, cum inquit. Et ego redeo ad rem, quam consyderaui cum studio, & perscrutatione uehemēti, & inueni eam certam, quæ non perijt, & est res quam inuenerunt Astrologi Aegyptij, & est quod ☾ significat super dies, qualiter erit dispositio hominis in eis, in ægritudine sua & sanitate: hæc ille.


Cum igitur Ptolemæus inter Aegyptios, immo omnes Astrologos princeps, & excellentissimus habeatur, dignum duxi eius scientiam, quam nobis de diebus criticis in 100. suis electis tradidit sentētijs, hoc loco interpretari, scribit enim 60. uerbo hæc uerba. Super ægrotis Criticos dies inspice, ad ☾ peragrationem in angulis figuræ 16. laterum. Vbi enim

eos angulos bene adfectos inueneris, bene erit langnéti, contra male, si adflictos inueneris. Est autem praxis huius sententiæ in hunc modum. Habito principio morbi, quod ut Galenus scribit 2. de Criticis, cap. 2. non ratiocinatione, sed ipso sensu accipiendum est: & est prima hora in qua infirmus sentit ægritudinem, siue manifestam lesionem in operationibus suis: ad eam horá principij ægritudinis, inquirendus est uerus locus ☾ in Zodiaco, ad qué additis sedecies 22. gradibus, & 30. minutis, mox patebunt 16. anguli, de quibus meminit Ptolemæus senté tia iam allegata. Qui etiá 16. anguli dies criticos, iudiciarios, intercidentes, & uacuos, & quid in his futurum est, pro cuiusq; ægritudinis acutæ natura ostédét quam pulcherrime.

Pro maiori certitudine huius negotij motus ☾ est rectificandus secundum diuersitatem, quæ accidit ex meridianorũ diuersitate, & dierum naturaliũ inequalitate, atq; idé motus inscribatur ad principium primi anguli, pro diuersis autem horis, secundum partem proportionalem erit agendum.

Schema

Schema.



Sedecim angulorũ illorum quidam sunt Pleni, qui respondẽt Criticis diebus radicalibus, & sunt 4. 8. 12. 16. Quidam sunt Semipleni, qui respondent Indiciarijs, & sunt 2. 6. 10. 14. Alij sunt Semidimidiati, qui respondent Prouocatorijs, & sunt 3. 7. 11. 15. Reliqui sunt Vacui, & sunt 1. 5. 9. 13. Dies qui merentur hęc nomina, sunt quibus ☾ pertransit per angulum sic

uel ſic nominatum, ut uideo in 4. angu-
lo prioris figuræ 28. gradū, 29. minutū,
♈, erit ergo dies illa indicatiua, qm̄ lu-
na tranſit per præfatum locum Zodiaci,
quia ipſe angulus indiciarius appella-
tur, & erit in propoſitę ægritudinis figu-
ra 29. Ianuarij, feré circa 12. horam noctis.
Quippe circa illam horam ☾ tranſit per
dictum locū Zodiaci, hoc eſt per 29. gra-
dum ♈ incompletum, qui cecidit ad an
gulum 4. indiciarum in morbis acutis,
ubi ſtatus eſt in 14. die ſecundum Hippo
cratem &c̄. Status igitur huius ægritudi-
nis, uel Criſis erit 5. die Februarij, hora 12.
minuto 16. poſt meridiē in 28. gradu ♋.

Ex prima parte ſententiæ, clarum eſt
quo tempore Medicum oporteat expe-
ctare Criſim, & indicationē eius, quoq;
tempore deceat Medicum iuuare natu-
ram. Ex ſecunda uero parte patebit Me-
dico, utrum iudicatio illa, uel Criſis fœ-
lix, ſalubriſq; futura ſit, an timoroſa. Col-
latis tamen cum his, quæ hoc loco tra-
duntur, ſignis ſumptis à radice inferiori,
quæ eſt materia peccans, ſiue morbū fa-
ciens. Quoties enim Criſis contingit, an
gulo ipſo, ☾q; fœliciter & bene conſtitu-

tis,

tis, bene erit languenti, ut Ptolemęus inquit: contra si angulus ille, & ☾ ipsa cum per eundem angulum uirtutem regitiuã corporis cócitat & extimulat ad pugnã, male & infœliciter comperiuntur, male erit languenti, hoc est, Crisis fiet dubia, & ualde horrenda.

Afficiũtur autem angulus, & ☾, bene fœliciterúe constitui dicunẽ. Primo, si cũ ☾, uel angulo in quo causat Crisim benefici Planetæ, & salutares, corpore, uel beneficis radiationibus, seu aspectibus coniunguntur, aut si ab ipsis fortunatis stellis, id est, ♃ & ♀, aut radijs eorum fœlicibus circundantur: Quod fit quãdo bonus Planeta, siue radius eius bonus, in eodem signo ante ☾ uel angulũ, & alius bonus Planeta in eodem signo post angulum uel ☾ inuenti fuerint: ut sit ☾ uel angulus 15. gradu ♓, & sit in aliquo gradu ante 15. eius signi ♃, uel eius aspectus △ uel ✶, tunc angulus & ☾ bene & fœliciter cõstituuntur, quia à fortunatis stellis, radijsq́ eorum circundantur, nisi interueniat □ aspectus mali Planetæ, aut alius infortunatus eorum malorũ aspectus, radium suum inter ☾ & Planetarũ

alium ex bonis ☾ circundantem proijciat, tunc enim non dicitur circundata ☾, quia semper in boná partem accipitur. Contrarium circúdationis est obsessio, quoties scilicet ☾ ab infortunatis Planetis, ut est ♄, ♂, aut malis aspectibus, est obsessa. Addunt alij etiam bonam constitutionem ☾ uel anguli, si ☾ aut angulus sunt in dignitatibus fœlicium Planetarú, scilicet in domibus, exaltationibus, triplicitatibus, & terminis: & si ☾ hora Crisis uel indicationis fuerit uel in angulo uel succedente, aut in aliquo signo, cú quo habuerit aliquam similitudinem, quas Arabes Hayz nominát, & si hospitator ☾ fortunatus & bene constitutus fuerit, & si ☾ fuerit uelox in motu, extra ☉ radios, & non uacua cursu, aut feralis, id est, quoties non habet aspectú cum aliquo Planetarú, túc enim est quasi pigra.

At ☾ & angulus male constituuntur, aut affligútur ex cótrarijs caussis, ut quoties ☾ uel angulus sunt in ☌ aut infœlici aspectu maleficorú Planetarum, hoc est, ♄ uel ♂, aut si obsidentur, aut sunt in dignitatibus infortuniorum, aut in cadentibus domibus, aut extra omnem similitudinem

tudinem, aut si hospitator aliquo dicto-
rum modorum infortunabitur, aut si ☾
est sub radijs ☉, & non uacua cursu, id
est, feralis. Et quemadmodũ iam dictis
modis ☾ bene uel male affici dicitur, ita
quilibet alius Planeta, & quoduis cœle-
ste domicilium, male aut bene constitui
seu affici dicitur, nisi quod ubi ☾ tarda
est uel uelox. Hic in Planetis directionẽ
uel retrogradationẽ aduertere oportet,
& ab hac passione excipitur ☉, qui ob re
gularitatem cursus sui, neq; tardus, neq;
uelox, neq; directus, neq; retrogradus di
ci meretur, in alijs etiã Planetis, excepta
☾, non aduertimus feralitatem siue ua-
cuitatem cursus.

DE DOMIBVS COELI XII.

Domus cœli. Fortes sunt 11. 5. 8. 2. & di
cuntur Succedentes. Fortiores sunt 1. 10.
7. 4. & dicuntur Anguli. Debiles sunt 9.
3. 12. 6. & dicuntur Cadentes.

Ordo domorum in fortitudine
& nobilitate absolute.

1. 10. 11. 7. 4. 5. 9. 3. 8. 12. 2. 6.

DE PLANETIS.

Planetæ boni, ♃, ♀, mali, ♄, ♂, me
diocres, ☉, ☾, ☿.

☌ Planetarum, bonorum eſt bona, ut ☌, ♃, & ♀. Malorũ eſt mala, ut ☌, ♄, & ♂. Mediocriũ indifferens, ut ☌, ☾, & ☿, excepta ☌ luminarium.

Boni cum malo, eſt mala, ut ♄, & ♃, tamen pro natura & diſpoſitione Planetæ uincentis in figura iudicandum.

Boni cum mediocri eſt bona ut ♃, & ☾.

Mali cum mediocri, eſt mala, ut ♄, & ☾.

DE ASPECTIBVS.

Aſpectus △, & ✶, ſunt boni, ☍, & □, ſunt mali, ☌ non meretur dici aſpectus.

Aſpectus Planetarũ. Bonus bonorũ, eſt bonus, ut △, uel ✶, ♃, & ♀.

Bonus maloꝝ nõ eſt mal⁹ ut △, ♄, & ♂.

Bonus mediocriũ eſt bonus △, ☾, & ☿.

Bonus mediocris cum bono eſt bonus, ut △, ♃, & ☾.

Bonus mediocris cum bono, nõ eſt malus, ut △, uel ✶, ♄, & ☿.

Mal⁹ maloꝝ ẽ mal⁹, ut ☍, uel □, ♄, & ♂

Malus bonorũ non eſt malus ut, ☍, ♃, & ♀, uel □ eorundem.

Malus mediocris nõ eſt malus, ut ☍, ☾, & ☿, excipio tamen □, & ☍ luminar ũ.

Malus mediocris, cum malo eſt malus, ut ☍, ♄, & ☿, & □, ♄, & ☉, uel ☾.

Malus

Malus mediocris cum bono non est malus, ut ♂, ☿, & ♃, & ♂, ♃, & ☉.

Cum dicitur, hic est bonus aspectus, intelligitur quod promoueat. Quando autem dicitur non est malus, hoc idē ualet, si non promoueat, non impedit tamen.

SEQVITVR AVCTARIum eiusdem rei, ab eodem authore additum.

PRO COMPLEMENTO Iudicij de Crisi, Vtrum sit salubris futura nec ne, sequuntur quædam axiomata. D. Tanstet.

Morbus qui eo anno, quo ecclipsis, cuius dominatores sunt Planetę mali, contingit in ascendente geniturę, uel annuę cōuersiōis partiliter, uel in loco hylech, id est significatoris uitæ, exitiosus est, siue mortalis, etiā si huiusmodi ecclipses contingant in opposito, uel quadrato ascendentis geniturę, uel reuolutionis anni, uel significatoris uitæ partiliter, lætales sunt & exitiosæ. In hoc axiomate ecclipses intelligūtur luminariū, licet omnes stellę quotquot sunt in Zodiaco, possint

eclipſari eo modo quo ☉, tamen huc non referuntur.

Ad ſciẽdum autem, quis Planetarum ſit dominator in quapiã eclipſi, primo accipe tempus ex ephimeridibus, quo futura eſt eclipſis, deinde poſtq̃ rectificaueris meridianos, erige figurã cœli, procedendo ſaltem uſq; ad gradus ſignorũ. Nam ſcrupuloſe exquirere minuta & ſecunda non eſt neceſſariũ. Quæratur poſtea locus eclipſis inter ſigna Zodiaci, atq; uide quis Planetarũ habeat plures dignitates, utpote quis habeat domum, exaltationem, triplicitatem, terminum, in illo loco: eum igitur, qui ibidem plures habuerit dignitates, aut uires, conſtitue dominatorem eclipſis: nam ad ipſius Planetæ naturam eclipſis ſuos ſortietur effectus. Exempli gratia.

Sit eclipſis ☾ 4. Iulij, hora 10. minuto 27. in gradu 22. ♑ anni 1525. circa ☊, & quia ♄ ibidem habet domum, exaltationem, triplicitatem & terminum, alij Planetæ non item, igitur potiores habet partes, eritq; merito dominus pronunciandus, pronunciatur igitur pro natura Saturni hęc eclipſis, & hoc in regionibus illi

illi signo subiectis, in alijs aũt, aut nihil fi et tale, aut longe mitius promouebit effectus. Quod si quis in ascendente genituræ habuerit ♄, ubi iam continget eclipsis dominatore pestilentissimo Planeta, pronunciandum hunc illo anno mo moriturum, in eo quo ægrotat morbo, aut alioqui graue periculum corporis subiturum. Adde si magna esset eclipsis, cum aũt non ultra $2\frac{1}{7}$. puncta fiat, paruũ habebit effectum. Verum & hic spectandum est, quales moueat humores ♄, & à quali humore ingruat morbus ægroto, ♄ enim non cõmouet Choleram, igitur si à Cholera prouenit ille morbus, nõ statim est metus mortis. Quod si fuerit Melancholia (possunt enim morbi uarij in anno incidere) is certe erit huic perniciosus, qui iuxta Planetę mali dominantis naturam exorietur. Ita etiam contigit Maximiliano Cæsari, Anno Christi. 1518.

Si aũt bonus aliquis Planeta, sicut ♃, ♀, ☿, bene fortunatus, dominetur eclipsi, tũc nullus est metus, quin potius eclipsis illa bona multa portendet, iuxta Planetæ illius naturã, id quod docet Ptolemæus 2. Alarbamakalet ca. 8. inquiens.

Cuius

Cuius eclipsis domini boni sunt, omne bonum, si mali, omne malū significant. Id D. Tansteter in seipso & pluribus alijs experientia didicit & notauit. Dein uidendus est angulus pręcedens locū eclipsis, & quis Planeta in eo loco & domo dominetur, quod in proposito exēplo est iterum ♑, ubi ♄ quoq; habet domū, exaltationē &c̄. quicunq; igitur habuerit prærogatiuam copiosiorem, pronuncietur pro illo.

Dicitur in axiomate partiliter, id est, quod in eodem gradu, & consimili fiat ☌, uel aspectus. Dupliciter enim sumitur partiliter, scilicet quando Planeta est in eodem gradu, uel eundē aspicit. Platice, quando est in eodem signo saltem: ut exempli caussa, Si ♄ in 10. gradu ♓ sit, & ♃ in 20. eiusdem, tunc platica dicitur conuentio. Si autem ♃ esset in 10. gradu ♓, esset partilis. Ita etiam de aspectibus, ut natiuitas est 23. gradu, 44. minuto ♉, ut est natus D. Tansteter, si fuerit eclipsis in eodem gradu, tūc aspiceret partiliter, si autem in 6. gradu ♉, tunc nihil noceret, quia platice. Si est partilis, minatur morbum mortalem. Si aūt platicus, minatur

natur quidem, sed minus periculosum. Quãto ergo gradus eclipsis à gradu quẽ aspicit plus destiterit, & ultra 2. gradus platicus aspectus, non uidit D. Tansteter per experientiam quod aliquid faceret, quinimo non est amplius metuendum.

Dicitur in loco hylech, siue significator uitę, & quomodo is sit inueniendus, docet Ptolemęus 3. quadripartiti, cap. 10. & sunt, quinq; qui possunt esse hylech, ☉, ☾, ascendens, pars fortunæ, & dispositor siue dominator luminarium, & ☌ uel ☍ immediate præcedens.

Loca apta ex domicilijs cœli, ut sint hylech, sunt medium cœli, ascendens 7. 11. 9. Si sol est in aliquo istorum, tunc est hylech prioribus alijs. Nam à ☉ incipimus, in primis in natiuitatib9, uidendũ an sit diurna an nocturna: nam in omni natiuitate, ubi ☉ est supra terram, uel in ascendẽte ☉ est hylech, nisi sit in 8. aut 12. domo, ubi ☉ non potest esse hylech. Quod si ☉ nõ fuerit super terram, aut in 8. uel 12. domo, tũc incipiendum est à ☾, quæ si est in ascendẽte, uel 7. 10. uel 11. uel 9. erit hylech. i. significabit super uitam.

Si nullum luminarium fuerit idoneũ,

ut eligatur in hylech, tunc in natiuitate diurna uide quis Planetarũ habeat plures potestates in loco ☉, in loco ☌ pręcedentis genituram, & in ascendente genituræ. Nam iste erit hylech, si fuerit in aliquo dictorum locorum repertus, id est, uel 1.7.11.9. &c. Si autem fuerit nocturna natiuitas, & ☾ uel ☉ non possunt esse hylech, tũc queratur Planeta qui habet plures potestates in loco ☉, & gradu præuentionis, id est, gradu in quo contingit ☍ luminarium, & loco partis fortunæ: nam ille si in aliquo prædictorum locorum fuerit, hylech erit. Si uero hoc modo non potest inueniri hylech, tunc si natiuitas est coniunctionalis, id est, si præcesserit immediate ☌ luminariũ, ascendẽs erit hylech: si præuentionalis, id est, si ☍ pręcesserit genituram, tunc pars fortunæ est hylech.

AXIOMA SECVNDVM.

Morbus qui cęperit eo anno, quo directio, siue progressio hylech, uenit ad radios infortunati Planetæ partiliter, lætalis est. Sententia ista fundatur tractatu 3. quadripar. cap. 10. Et modus dirigendi patet ex eodem cap. & sententia 25. Præ-

terea

terea traditus est à Iohanne de Monteregio, per tabulas suas directionũ. Ea propter cum tam fusa, & difficilis, & ferè cõplementum sit totius Astrologiæ, nõ est quod hic plura de hac re differamus, uerum si placet ex locis iam allegatis tu discere potes. Nota. In genituris hominũ, & si ascendens & ☾ non possunt esse hylech, habent tamen adhuc peculiarem quandam significationem super corpus seu accidẽtia corporis, quod ostenditur in multis locis apud Ptolemæum & omnes alios. Si igitur iñ genituris non sunt hylech, nihilominus quoties uia directionis ueniũt ad corpora, uel radios infortunatorum maleficos, ut est □ & ☍ malorũ Planetarum, significãt eo anno corpus male affici, non tamen lætaliter.

AXIOMA TERTIVM.

Morbus qui cęperit eo anno, quo duorum infortuniorũ ☌ contingit in ascendente genituræ, uel annuę reuolutionis, uel in loco hylech, ægroti partiliter, lętalis est. Sententia ista sumitur ex Albumazare, & omnibus ferè Arabibus, Neotericisq́, atq; multiphariam obseruata est ab eisdem. In doctrina uero Ptolemęi nusq̃

satis

ſatis firmari poteſt. Hoc tamen certũ eſt, & obſeruatũ illorũ infortuniorũ ☌, ☍, & □, quoties contingit in præfatis locis alicuius genituræ partiliter, tantum ægritudinem aliquam minantur, idq́ didicit D. Tanſteter ſuo periculo.

COROLLARIVM.

In his tribus ſententijs excipimus quoties ad præmemorata loca, ſcilicet aſcendens & hylech, fortunatus aliquis Planeta, id eſt, ♀ uel ♃ uel radij eorum ſalutares △ uel ✶ interueniũt, hoc eſt, ſeſe adiunxerint. Nam tunc ſignificationes & ægritudines, de quibus diximus, accidũt quidem, ſed non erunt letales. Beneficio enim fortunatorum ſyderum, ægroti aliquantiſper releuabuntur.

AXIOMA QVARTVM.

Morbus qui ceperit cum ☾ fuerit in eo gradu, & parte ſigni, quæ malefica aliqua tenuit in genitura, ſiue in quadrangulo uel diametro eius, grauiſſimus futurus eſt. Si autem malefica aſpicit periculoſius. Si in loco ubi geniturę tempore benefica fuerit, ſine periculo erit.

Iſtud axioma eſt 42. ſententia Ptolemæi

mæi in forma, & extendit se non modo ad ipsas ægritudines, sed etiam ad quasdam alias inceptiones operũ. Nam quicquid acciderit homini ☾ sic affecta, siue locata, grauissimũ erit, aut periculosum, aut fortunata, secundum quod ipsa fuerit in loco fortunij uel infortunij, immo istud extendi potest non modo ad ☾, sic uel aliter locatã, sed & ad alios Planetas, & partem fortunæ. Vix enim assequitur cõmodum quispiam, si cęperit aliquod negotium, parte ipsa fortunæ existente in eo gradu, quo erat malefica tempore genituræ, uel radij eius mali. Neq; etiam facile quis dignitatem uel honorem adipiscetur, si eo tempore ☉ in locis uel radijs malis fuerit maleficorum. Et in uniuersum uix erit fortunat⁹ in magisterio, officio, uel opere suo, si eo tempore quo exercuerit, mediũ cœli ad locum infortunati Planetę, uel radios eius malos peruenerit: ut si exẽpli gratia per mediũ cœli gradũ alicuius natiuitatis, ♄ uel ♂ transierint, aut radij eorũ □ & ☍, quã diu sic se res habet, tam diu sentiet idem ille natus, uaria impedimẽta in magisterio suo uel officio, uel õpere suo. Idq; totum fun

datur in textu Ptolomæi tractat. 4. cap. 6. de diuisiōe temporum in uita nati, cum inquit, aspiciemus etiam quomodo cadit ♄ in locis annorum, & quomodo ☉ & ♂, ♀ & ☿ in locis mensium, & quomodo transit ☾ per loca dierum.

AXIOMA QVINTVM.

Noxium est cum ascendens ægri geniture ipsius refragatur, neq; ad beneficum aliquem tempus peruenerit. Enuntiatū istud est 44. Ptolemæi, in suas centū electas sententias: appellatur autem ægri ascendens hoc loco, signum quod ascendit tempore quo ægritudo cępit. Dein refragari ægroti ascendens geniture figuris, nihil aliud est quā ascendens ipsum geniture ægroti aspicere, ascendens initij morbi ☍ uel □ aspectibus. Addūt alij supra Ptolemæum, quod signū domus 8. 6. uel 12. geniture, si fit ascendens tempore initij morbi, noxiū esse: ut sit exempli gratia 17. ♏ in genitura, tempore aūt principij morbi ascēderet 17. ♉, qui per ☍ aut 17. ♒, uel ♌ qui per □ aspectū geniture respiciūt ascendens, esset signū maliciæ morbi, & hoc si beneficus non interuenerit aspectus. Tempus aūt prouenire

uenire ad aliquem beneficum, est ipsos significatores corporis & uitę, scilicet ascendens ☾ hylech, uia directionis uenire ad corpus natorum Planetę, hoc ē ♃ & ♀. Hactenus om̄ia axiomata præsupponūt cognitionem figuræ ægrotantis.

AXIOMA SEXTVM.

Non proficiet Medicus apud ægrotū, si Medicus ♄ uel ♂ habuerit, in his gradibus, in quibus æger habuerit ♃ uel ♀, imo nocebit ægrum, & ducet eum in periculum. Fundatur hoc axioma in sententia Ptolemæi 47. in hæc uerba. In genitura cum malefica in locum benefici, in alterius genitura inciderit, is qui beneficum habet, ab eo qui habet maleficū, detrimēto afficietur. Significatur autem detrimentum, siue infortunium, etiam si malefici non fuerint in eisdem gradibus beneficorum, sed in gradibus respiciētibus per ☍ uel □, sed leuius: ut si quis habeat (ut D. Tanstetter) in genitura ♃ in 28. gradu ♌, alius aūt cum quo plura habet negotia ♄ in eodē, is aliū maximo dispendio afficiet. Quod si habuerit ♄ in 28. ♒ quia ☍ aut ♏ uel ♉, quia □, etiā nocebit,

ſed leuius, quia ſemper ☌ efficatior eſt quam aſpectus.

AXIOMA SEPTIMVM.

Medicus erit gratus circa ægrum & dilectus, ſi inter ægri & Medici genituras conueniens fuerit ſtellarũ figuratio, præcipue autem, ſi hæc conueniens poſitio, ſiue figuratio fuerit inẽ luminaria & aſcẽdentia. Hoc fundatur in ſententijs Ptolemæi 32. & 33. Conueniens aũt ſtellarũ, poſitio aut figuratio, eſt ſimilitudo natiuitatum, ut ſi ſit poſſibile ꝙ duo naſcerentur ſub uno & eodẽ minuto temporis, ita quod ſimiles omnino haberẽt natiuitates, hoc eſt aſcẽdẽtia, hylech, partẽ fortunæ &c̃. idem igitur uolunt, & eiuſdem ſententiæ, uelint nolint (quatenus ad ſydera pertinet) ſunt: illud autem eſt quaſi impoſſibile, quod facit diuerſitas educationis, regionum, morum cõſuetudo &c̃. Si enim Conſtantinopoli, & hic, ſimul duo uno tempore naſcerẽtur, nihilominus, quod illi iã dudum aſcendiſſet, noſtro hic forte aſcendens iam primum foret, igitur. Quatenus aũt figuratio conueniens, multas exprimit ſimilitudines, & quanto plures, tanto maior

conue

conuenientia animorum. Quod si oppositum contingat, eatenus maior disparilitas atq; dissensio, & hoc potissimum in locis luminariũ, quia hæc habẽt maximam uim cõcordiæ: ut si sint luminaria unum uel ambo in genituris utriusq;, eodem loco, uel permutatio ☉ & ☾, ita ubi in unius ☉, in alterius loco ☾ ponatur: quemadmodum fuit in genituris Cæsaris Maximiliani, & Georgij Vienensiũ Pręsulis. Vel si ita ascendens, ut dictũ est, se habuerit, quia ab his, magna ex parte, concordia hominũ, animorũq; pendet. Pręterea conuenientia inter partem fortunæ in genituris ægri & Medici, si non dat omnimodam gratiam, dabit saltem bonum lucrum. Quod si sit disconuenientia, etiam si sis diligentissimus, nunq̃ adpreciabit: ut si quis habeat in ♊ partẽ fortunę, & ecõtra alius eodem gradu ♊ habuerit bonũ Pla. bñ, quod si in ♍, ♐ uel ♓, quia male aspiciunt ♊, male.

AXIOMA OCTAVVM.

Aegroti dispositores, si male afficiantur hora qua ægrotare inceperit, erit languẽti malum. Si damnati sint, erit mortis periculum. Contra, si bene afficiãtur,

morbus sine laboribus erit, ubi saluãtur, liberiq; sunt, morbus sine periculo erit. Colligitur hoc axioma ex sentẽtia 91. Ptolemęi, ubi inquit, Malum signum est, ubi dominator ægroti combustus est, maxime si pars fortunæ affligitur.

Per dominatores siue dispositores, uel significatores, quod idem est, præcipue intelligere debemus dominũ ascendentis & ☾. Debemus tamen etiam aduertere, dominatorem ascendentis, immo dominatorẽ, siue ducem totius thematis, seu totius figuræ cœlestis, erectę ad principium ægritudinis: qui iure uocabitur ille, qui in locis principalibus figuræ, præsertim in gradu ascendentis, & loco ☾ pluribus iurisdictionibus, tum essentialibus, tum accidentalibus præpollere comperitur.

Ascendẽs super uitam, & ☾ super corpus præcipuum habent dominiũ, quod si uitę, uel corporis significatores male se habeant, ergo etiam æger, de cuius capite agitur. Notandũ tamen aliud esse dominus alicuius signi, aliud domus signi, id est, quod ascendit differt à domicilio, ut si ♈ ascendit, erit dominus ♂, si ♉, ♀, si ♊, ☿,

♊, ☿, si ♌ erit ☉ &c. Atqui dominator, qui in signo ascendente plures (ut diximus) habet iurisditiones, utputa domũ, exaltationẽ, triplicitatẽ & terminũ, ut exempli gratia. Ponatur quod ascendat 6. gradus ♓, primi dominus certe ascendẽtis ♃ erit, quandoquidẽ signum hoc ♓ domus ♃ est, dominator autem ♀, quia habet triplicitatẽ, exaltationem, & terminum. Præterea ☉ & ☾ nunquam eliguntur in dominatores, uel dispositores alicuius signi, quia sunt post Deum omniũ uiuentiũ caussa, sicut dicit Hermes, & Principes, dominique totius, ita quod alij Planetæ ab ipsis omnes alias dignitates, ut lumen, motum, uirtutem, influentiã, significationesque accipiunt, & præsertim à ☉, lumen quod accipiũt ad sensum, uidemus in ☾, posseteque dilucide demonstrari, quemadmodũ etiã est apud Aristotelem in cœli historia. Quod aũt motum, testatur obseruatio, nam cætera sunt interualla & fines, quibus necesse est secundum naturæ cursum Planetã à ☉ dirigi, & non ultra, ut ♂ per □, ♄ & ♃ per △, hi duo omni anno fiunt retrogradi, ♂ non item, ♀ & ☿ per 29. gradus,

ita ut uideantur quasi per funiculum retrahi ad ☉, & tanquam uasallus feudum recipiens, dominum suum recognoscere, atque adeo salutare ☉. Quod si lumen & motũ à ☉ accipiunt, ut iam ostendimus, ergo & influentiam. Omnis enim influxus ad nos descendit, per lumen & motum. Quod si hoc uerum est, sequitur etiam significationes à ☉ eos mutuare.

Male uel bene affici Planetã, quid sit habuimus supra, quare huc referendum.

Neoterici quatuor modis scribũt Planetam dispositorem ægroti damnatum iri. Primo, si est combustus, ita quod lateat sub radijs ☉, & id per certos gradus, id est, quãdo neque mane ante ☉, neque uesperi post ☉ uideri potest, tũc nimirum motus maior obtundit minorem, cuius rei gratia Planetę à ☉ debilitãtur, ut paulo ante traditum est. Id quod docuit Ptolemæus in tabula adposita, in fine 13. dictionis Almagesti, de ortu & occasu æliaco Planetarum. Sed communes termini sunt ex sentẽtia Arabum, in ☾ 12. gradus, ante & post ☉. In ♄ & ♃ 9. gradus, in ♂ 8. gradus, in ♀ & ☿ 7. gradus.

Secundo Planeta damnatur, si Planeta in

ta in domo 8. quæ mortis eſt, cōſtitutus fuerit, & diſpoſitori ægroti, corpore uel radijs maleficis iunctus fuerit.

Tertio, quando à domino aſcendentis, ad dominum domus, mortis lumen transfertur, ut ſi alicuius figurę dominus aſcendentis ſit ♂ in ♏, ſcilicet dominus 8. ☿, tunc poſito quod ☾ paulo ante fuerit cum ♂, eius certe naturā induit. Dein mox poſt diſceſſum à ♂ habet aſpectum cum ☿, igitur transfert ☾ uirtutem acceptam à ♂ ad ☿, & ita damnatur.

Quarto, ſi diſpoſitores, & domini domus mortis, id eſt, 8. lumina colligūtur, in quodam tertio tardiori, Nam hæc collectio luminum ferè idem facit, ac ſi ipſi inter ſeſe iungerentur, & ſeſe aſpicerent mutuo: Vt, ponatur quod dominus 8. domus, & dominus aſcendentis ſe non aſpiciant, ſed uterq́ ſimul aſpiciat aliquē tertiū grauiorem: ut ♂ dominus aſcendentis in ♏, non aſpicit ☿ dominum 8. domus in ♊, aſpicit autem △ aſpectu ♄ in ♓, quem ☿ ex □ habet.

Quanq́ igitur inter ♂ & ☿ nullus ſit aſpectus, tamen lumina colligūtur in ♄

& in eo relucet lumẽ eorum, ac si eorum essent ueri aspectus.

AXIOMA NONVM.

Cum septimum locum, atq; eius dominum in ægritudine adflictum inueneris, Medicum mutato, nam nihil proficiet, uel errore Medici, uel negligentia infirmi, uel astantium.

Hoc Axioma, sententia est Ptolemæi 57. Septimus locus est 7. domus, id est, occasus, plane contraria, & opposita ascendenti. Si igitur ascendens significat uitã, ergo hæc nihil boni. Dominus 7. est ille cuius signum in ipsa domiciliũ est, ut supra. Domus erit adflicta, si in ea est ♄ uel ♂ uel □ aut ☍ eorũ aspectus &c̃. malũ. Hoc Axioma potest etiam per contrariũ sensum intelligi, nam si bene uideris adfectã, utpote cum ♃ & ♀ adfuerint, Medicum adhibeto, nã bene proficiet, maximaq; cum laude ægrum curabit. Præterea uerbum etiam recte adaptari potest, tempori & horæ primæ, & inopinate & insperatę uocationis Medici. Si enim ea hora, cum uocatur 7. domus, & eius dominus male afficiũtur, non proficiet Medicus ea hora uocatus circa ægrum. Sed non

non propterea sequitur, quod infirmus moriatur, sed Medicus tantum cum pudore discedet. Igitur quam primum uocaris, quęre in Astrolabio locum ☉ in eo uocationis tempore, & deinde consule Ephemerides, erecta cœlesti figura, quo pacto se 7. domus habeat, bene ne an male, utq; se habuerit, ita poteris etiã te erga ægrum, uel facilé uel difficilem prębere.

DE SEPTEM PLANETIS, & rebus super quas dominium habent.

♃

IVpiter ex arboribus, testimonio ueterum habet, quercus, glandes, fabas, zacharum, nuces, amigdalas phisticos, & frumenta, quæ iam in locum glandium successerunt cum ☾. Ex lapidibus pręciosis, habet Smaragdum, Saphyrum, Amethystũ: ex metallis, stannum: ex animalibus, Aquilam, Ceruum, & plæraq; animalia pulchra & mansueta, quæ nõ sunt prona ad nocendum: ex saporibus, dulcem: ex coloribus fuscum & purpureũ: ex climatibus, secundum: ex regionibus apud Priscos, Babyloniã, Persidẽ, apud

recentiores Hungariam, Hiſpanias, Coloniam Agrippinã. Ex angulis mundi, authore Ptolemæo, Septentrionem, & maxime illam, quæ in Orientis uergit partem: ex ætatibus, habet eam quæ ſequitur ætatem conſiſtentiæ immediate: ex morib9 hominum, pacem, iuſtitiam, ueritatem, religionem, miſericordiam, probitatem, honorificẽtiam, beneficentiam, liberalitatem, amicitiam, iudicium recti & honeſti: ex magiſterijs ſeu dignitatibus hominum, Prelaturas, Epiſcopatus, Iudicium, Conſilium, Regnum & Principes: ex complexionibus, ſanguineam: ex humoribus, ſanguinem: inter uirtutes principales, naturalem cum ☾: inter minus principales, uegetatiuã: inter ſenſus, tactum: ex mẽbris humanis pulmonem & arterias, quæ halitum homini præſtant, coſtas, epar, pulſum, cartilagines, ſemen genitale: ex morbis habet, Anginam, Synanchen, peripneumoniã, apoplexiam, ſtuporem, neruoꝝ contractiones, inde ſequẽtes ſynocham. Orbis ♃, ſecũdum Arabes eſt, 9. graduũ, ut ♄. Sed Sueſſanus contendit ex Almageſto Ptolemæi eius orbẽ eſſe 12. graduũ, quod

ueri

uerisimile est, quia ♄ maior existit. Anni maximi ♃ sunt 428. maiores 79. medij 49. minores 12. &c.

Nota, Anni maximi Planetarum sunt anni quos dant in duratione rerum magnarum, ut regnorũ, sectarũ, ædificiorum.

Anni uero maiores, medij, & minores, sunt anni quos Planetæ dant in natiuitatibus hominum.

Anni uero firdarię sunt anni dominij Planetarum, super natiuitates hominũ, & incipiunt in natiuitate diurna à ☉, in nocturna à ☾, & ita deinceps secundum ordinem Planetarum.



Sol ex lapidibus habet hyacinctum: ex climatibꝰ 4. inter partes corporis, oris & dextri oculi, dextrum latus & sinistrũ: ex humoribus, Choleram: ex animalibꝰ leonem: ex ætatibus consistẽtiam, id est, ætatem mediam, quando scilicet homo est fortissimus: ex coloribus habet aureum, croceũ, subrufum: ex saporibus pungitiuum, ex Medicinis eas quæ sunt eiusdem saporis: ex angulis mundi Orientem, quia maxime uergit in Orientem: ex sexu masculũ: ex tempore diem. Anni



☉ maximi sunt, quantũ ex Arabibus constat 1460. maiores 120. medij 39. uel ut alij uolunt 69. Item ☉ non potest habere easdem accidẽtia, quæ alij Planetæ habent, ☉ infortunat eclipsis, ☌ ♄ & ♂, □ & ☍ intuitus eorundem: ☉ faciunt debilẽ, signa in quibus habet parum authoritatis, id est, ubi non habet domum, exaltationem, terminum &c̃. ut casum ab angulis.

☾

Lunę inter cætera astra, propinquitatem maiorem ostẽdit, aspectuum diuersitas, quam illa cæteris astris maiorem facit nobis. Item uapores nõ ultra eleuantur 3. miliaribus, Alberto teste, licet media aeris regio, diuersis tẽporibus diuersa sit. Vulnera iactis radijs lunaribus tardius sanantur. Item omne astrum calefactiuum, quia omne lumen tale, inde noctes sub plenilunio calidiores, quia facies ☾ ad nos uersa, plena est lumine. Alphraganus differentia 22. de magnitudine cœlestium comparatione ad terram, ☾ in magnitudine sua est $\frac{1}{3}$. terræ. Ptolemęus lib. 5. dictione 16. Almagesti ostendit per eclipses terram maiorem esse quã

☾

☾ ter. Inde patet manifestus error, Plin. 2. lib. naturalis historiæ. Operationes ☾ sunt nobis manifestæ, propter eius uicinitatem. Est autem quædam relatio inter ☉ & ☾, qualis inter marem & fœminam, quia ☾ materiam, ☉ uero formam præ se ferre uidetur: ☾ frigida & humida esse solet, licet quãdoq; sit etiam calida, ut reliqua astra esse possunt, tamen illud non est per se, neq; à sui ratione, sed luminis suscepti à ☉: & corpus ☾ semper pro media sui parte est illuminatum, quod autem nõ adparet, distantia facit, sic etiã medietas terræ semper à ☉ illuminatur. Quemadmodũ ☉ tanq̃ maritus mundi superioris, uendicat sibi dextrum, ita ☾ sinistrũ, quare in genituris, qui habent ☾ male affectam, magis id in sinistro sentiunt, contra qui ☉, in dextro: ☾ uendicat sibi cerebrum in corpore humano, sicut ☉ cor: præterea sibi etiam usurpat ☾ guttur, œsophagum, stomachũ, uentrem, intestina, & uesicam, quia ☾ est nutritio, & per hæc excernuntur excrementa.

☾ dea partus, lucina enim dicitur à lucendo, seruatrix ergo partus respicit uterum, eiusq; portã, & mamillas, & in uniuersum

uersum omnia membra generationis in mulieribus. ☾ naturalem respicit uirtutem, inter eas quæ corpori insunt, teste Ptolemæo, uerbo 86. sicut ☉ uitalem, & naturalis sita est in epate, hinc etiã epar respicit participatione cum ♃. ☾ nuntios, nautas, reginas, siue dominas imperantes, & plebeias habet. Ex moribus hominum, quando ☾ significatrix istorum morum uel artium præstat, inconstantiã, mobilitaté, prodigalitatem &c̃. In natiuitatibus uirorum, uxorum status seu conditio, accipitur à statu ☾. In natiuitatibus mulierum, status coniugis, & mariti accipitur à ☉, ut docet Ptolemæus tract. 4. cap. 4. quadripartiti. Quoniam ☉ in mũdo maiori se habet ut mas, ☾ ut fœmina. Inter humores habet Phlegma, & complexiones Phlegmaticas. In mundo maiori ☾ respicit aquã, testis est æstus maris, qui doctissimorum testimonio refertur ad ☾. Inter metalla, argentum & uitra, quæ quandam similitudinem habẽt cum aqua. Inter sensus humanos ☉ habet uisum, propter excellentiam luminis, ☾ gustum, quod maxime necessarius est nutritioni. Inter ætates infantiam,

quæ

quæ est priorum quatuor annorum à natiuitate, & uocantur anni illi, anni nutritionis. Inter lapides præciosos Cristallum, quia maxime aqueæ est naturæ. Inter arbores, salices, populos, & similes, tanta humiditate participantes. Inter fructus, frumentum, hordeū, & necessaria quotidiano usui, non uoluptati. Inter sapores, salsum, inde Phlegmatici salsa amant. Inter colores, uiridem, secundum alios album. Inter climata 7. seu ultimū ad Septentrionem, quia inter cætera humidissimū est. Inter regiones, Flandriā, Hollandiā, Selandiā, Datiam, Nurenbergam, cum signo ♋: ex animalibus, asinos, lepores, oues, pisces, uolatilia aquatica: ex angulis mundi, Occidentē, nam ab Occidēte uenit uirtus eius, sicut ☉ ab ortu. Inter morbos, hydropisim, apostemata phlegmatica. Anni maximi ☾ 520. Maiores 106. Medij 39. Minores 25. Orbis ☾ creditur esse 12. graduū ante & post, ut ☉, sed 15. graduū, secundum cōmunem usam, & secundum Ptolemæum 17.

♄

Saturnus naturā habet perimentem, sicut ☉ uiuificantem. Iohannes Picus se-

nior, multa superstitiosa Astrologiæ su-
stulit, præsertim in Ptolemęo, sed in plæ
risq; locis plurimũ miratur Ptolemęum,
& hoc in loco est persuasio. Si ♄ haberet
eam uicinitatem ad terram quam ☾, per
petuo essent hyemes apud nos. Sed cre-
atoris prouidentia, sibi locum remotissi
mum dedit, & interposuit duab⁹ bestijs
benignissimũ sidus ♃, ut utriusq; mali-
tia tẽperetur. Magnitudo ♄ est una pars
de octo partibus ☉, & ex magnitudine
sua tenet quartum locum inter astra. Ad
iudicia mundi usurpat sibi terram ex elę
mentis, habetq; influentiam super eam.
Ex metallis habet plumbum, utpote ma
gis cæteris feculentum: ex plantis habet
cataputiam, mandragoram, hyoskia-
mon, mespilum, sorbum, fructusq; eius,
& semina perforata: ex fructibus terræ, ri
sum & milium: ex saporibus, stipticum,
quęq; solẽt astringere dentes & labia: ex
lapidibus præciosis, Bruces, & omnes la
pides nigros, obscuros: ex animalibus,
habet elephantos, ursos, camelos, taxos,
porcos, talpas, mures, cymices, coruos,
bubones, noctuas, nicticoracem, & om-
nes aues noctiuagas, quia ♄ osor est lu-
cis,

cis, & amator tenebrarum, qui etiã omnibus alijs Planetis minus lucens subobscurus & plumbeus est: ex coloribus, nigrum & puluerulentum, & equi puluerulenti propterea cauendi sunt: ex climatibus, primũ, quia ipse supremus & primus est: ex regionibus recentiores consyderant, Bauariã, Saxoniam, Stiriam, Romandiolam, Rauennam, Constantiam & Ingoldstadium: ex angulis mundi habet dextrum Orientis, id est, oriens solstitij æstiualis: ex ætatibus habet decrepitam, id est, finem uitæ, & mortem: ex hominibus habet sub se Iudæos, Mauros, agricolas, lapicidas, cęmentarios, figulos, coriarios, & in summa sentinã hominum: ex uirtutibus hominũ usurpat sibi retentiuam, ista enim per suum fœlicem influxum maxime confortatur: ex membris hominũ, habet ossa, splenem, uesicam, aurem sinistrã: inter sensus, auditum: ex complexionibus, melancholicam: ex humorib. atram bilem: ex moribus hominum, tristitiam, auaritiam, graues cogitationes, suspitiões, solitudinẽ, discordiam, deceptiones, timores, taciturnitatem: ex morbis, quartanam, ethi-

cam, senectutem, tabem, marasmum, lepram, elephantiasim, podagrã uel arteticam, partem etiã in phthisi, in Cancro partem, scrophulas, glandulas, & ferè omnes ægritudines à complexione frigida & sicca, & participatur in omnibus morbis chronicis. Item in natiuitate nocturna est significator primus partis progenitorum. Orbis ♄ est 9. graduũ ante & post. Anni maximi ♄ sunt 465. Maiores 57. Medij $43\frac{1}{2}$. Minimi 30. quia eius principia sunt contraria uitæ. Lege de ♄ in Georgicis Virgilij, circa hunc uersum.

Frigida Saturni sese quo stella receptet.



Magnitudo ♂ est $\frac{1}{20}$. ☉, item distantiæ, seu longitudines omnium Planetarum à terra intelliguntur æque, sicut magnitudines apud Alphraganũ, differentia 21. & eandem semper etiam apponit Augustinus Suessanus: ex metallis ferrũ habet: ex lapidibus pręciosis habet Iaspidem, Hęmatiten: ex animalibus lupum, canem, lincem, uulturem, & omnia animalia ex raptu uiuentia, & scorpionẽ: ex arborib⁹, spinosas herbas & arbores, quibus fiunt colores rubei: ex fruticibus, pi-

per

per, ſinapi, cepe, alleum, ſcammoneam, & uinum cum ☉: ex ſaporibus, amarum, felleum & acutum: ex coloribus rubeum: ex climatibus 3. ex regionibus in commune habet ſeptentrionales, authore Ptolemęo tract. 2. Specialiter uero Sarmatas, Getulos, Lõgobardos, Gotthos: inter ciuitates, Cracouiã, Patauium, Ferrariam: ex angulis mundi habet ſeptentrionem: ex ætatibus iuuentutem, id eſt, ætatem quæ immediate præcedit conſiſtentiam, in ea enim ſanguis eſt feruentior: ex hominibus & magiſterijs eorundem habet exercituum ductores & capitaneos, tyrannos, & omnes bellicoſos, rixoſos, contumelioſos, coniuratores, ſedicioſos, uinoſos, prædones, lictores, & omnes trucidatores, & omnes homines quorum opera igne & ferro perficiũtur, ut Medici, Chirurgici, Apothecarij cũ ♀: ex moribus hominum, iram, temeritatem, ſuperbiã, audatiam, crudelitatem, impudentiam, impetuoſam libidinem, impietatem: ex complexionib. Colericã: ex humorib. rubeã bilem, & ſanguinem inflammatum: ex uirtutibus, iraſcibilem & attractiuam: ex ſenſibus, partem in au

ditu, id eſt, ſiniſtram aurem: ex membris humanis habet fel, renes, uenas, & membra uirilia: ex morbis, febres acutiſſimas, ut eſt Cauſon, Synochus, febres peſtilentiales, tertianas, hemitriteos, & omia calida apoſtemata, Heriſipelas, Antraces, morpheam rubeam, uulnera recentia, periculum ex quadrupedibus, caſus ab alto, & omnia tormenta per uim illata, ut mors crudelis per ferrum uel ignem. Orbis eius, ſecundum Arabes, eſt 8. graduũ, ſecundum Ptolemęum 7. ut Auguſtinus Niphus dicit. Anni eius maximi 264. maiores 66. medij 40. minores 15. &c. Menſes & anni maximi (nam de his ſæpe iam meminimus) ſunt quando ☉ uelociter, ☾ autem tarde mouetur. Magni quando ☉ & ☾ ęquali mouentur motu. Minimi, quando ☉ tarde, ☾ uero ueloci rapitur curſu. Pli. lib. 2. horũ meminit.

♀

Venus habet temperamentũ fœmineum. Platonici exiſtimabant (ut inquit Calcidius) ☉, ♀, & ☿, eſſe in una ſpera, quia habent eundem motum medium, contrarium oſtẽdit eclipſis. Magnitudo ♀ $\frac{1}{5}$. & $\frac{1}{5}$. ex $\frac{1}{3}$. terræ. Ex elementis habet

domini

dominiũ cum ☾ ſuper aquam. Ex arbo-
ribus & fructibus, oleum, mel, partem in
uino, & generatim omnes arbores, fru-
ctus, & Medicinas aromaticas, & guſtu
delectabiles: ex lapidibus pręcioſis unio
nem, Margaritas, & omnes pulchros po
litoſq́; lapides, inquantum ſpectant ad
ornatũ, Sapphyrum, Carbunculum: ex
metallis, cuprum, & omnis generis ſpe-
cula: ex animalibus habet pſitacum, gra-
culum, cignum, philomenã, columbas,
& omnes aues ſuauiter ſonantes: ex ſapo
ribus, pinguem & unctuoſum: ex colori
bus album: ex climatibus 5. ex regionib⁹
& ciuitatibus, Arabiã, Auſtriã, altiſſimã
Campaniam, Viennam, Auguſtam Vin
delicorum, Poloniam maiorem, Senas,
Heluetios, Thuregiũ: ex angulis mundi,
habet eam quæ inter meridionalẽ & oc
cidentalẽ partem: ex ętatibus, adoleſcen
tiam, quæ computatur à 14. uſq; ad 28. an
num: ex moribus hominũ, ſuauitatem,
amicitiã, manſuetudinem, delitias, mun
ditias, miſericordiam, liberalitatem, be-
neficentiam, luxuriam, laſciuiam, deſidi
am, puſillanimitatem: ex magiſterijs ha
bet muſicã, luſores, poetas, ioculatores,

pictores, sculptores, tinctores, mimos, & omnes huiusmodi, & partem cũ his quę spectant ad religionem cum ♃: ex complexionib. phlegmaticam, uicinam temperamento: ex humore, phlegma naturale: ex uirtutibus adpetitiuam, & cum ☾ augmẽtatiuam, cum ♃ generatiuam: ex sensibus, odoratum: ex membris humanis, carnes, epar, clunes, collum, nasum, propter odoratũ, labia ob uoluptatem, umbilicum, lumbos, pectinem, & habet partem cum ☾ in membris genitalibus: ex morbis, diariam, lienteriam, gonorream, priapismum, & omnes stomachi morbos, epatis, matricis, genitaliũ, à causa frigida & humida uenientes, ut impotentiã &c̃. Orbis ♀, secundũ Arabes est 7. graduũ ante & post, secundum Ptolemæum 8. graduũ. Anni maximi ♀, sunt 151. maiores 82. medij 45. minores 8.



Ex animalibus habet uulpes, gallos, sturnos, perdices, apes, grues, formicas, serpentes: ex lapidibus pręciosis, habet Alectorium, & est lapis inuentus in uentre galli: & eos lapides, qui imaginibus magicis sculpti sunt, & qui magicis arti-

bus

bus seruiunt: ex climatibus habet 6. ex re
gionibus & ciuitatibus habet Aegyptũ,
Græciam, Angliam, Flandriá, Slesiam,
Parisium, Vratislauiam, Erdfordiam, &
uniuersitatem Viẽnensem, quãdo enim
ea fundabatur anno domini 1356. ♊ erãt
ascendens, ☿ uero dominus eius: ex an-
gulis mundi, inter Occidentem & Sep-
tentrionem, ut Alkabitius: ex ætatibus,
habet pueritiam, quæ est à 4. anno usq;
ad 14, ex moribus siue qualitatibus homi
num ☿ dat subtilem intellectum, sagax
ingeniũ, uafrum, & non raro dolosum,
inconstantiam, mendacium, proteruiá,
superbiam: ex magisterijs habet scribas,
consiliarios, mercatores, Philosophos,
Mathematicos, magistros, diuinatores,
& nouarum artium inuentores: ex com-
plexionib. Melancholicã adustã: ex hu-
morib. eandem: ex uirtutibus animalẽ,
ex sensibus sensum cõmunem, phantasi-
am, memoriam, dispositiue, inclinatiue.
Item ☿ in domibus ♄ dat profundũ in-
tellectum, iuxta uerbum 38. Ptolemęi: ex
membris humanis, habet linguam, &
omnia instrumenta uocis, manus & di-
gitos, & partem in felle: ex morbis ma-

niam & omes species melancholiæ, præter eam quæ amor hereos dicitur, item omnes passiones linguæ, opilationem fellis, raucedinem, letargiam. Orbis ☿ est 7. graduũ ante & post. Anni maximi 460. (Abram habet 80. sed corrupte) maiores 76. medij 48. minores 20. &c. Orbis in hac materia Planetæ, dicitur distantia eius à ☉, qñ dicitur uel incipit, uel desinit, dici esse combustus, ut ♀ & ☿ 7. gradibus à ☉ distantes, etiam combusti dicuntur, ac si essent coniuncti cum ☉.

CANONES PRO MINVtionibus faciendis, & principio de signis in quibus minuitur.

Canon Primus.

In signis igneis, minutio ualet phlegmaticis, ut in ♈, ♐, excipitur ♌, quia est domus ☉, in quo non minuitur.

Canon Secundus.

In signis aereis, minutio prodest melancholicis, ut in ♎ & ♒, excipiunt̃ ♊, & ultimi 17. gradus ♎, ratio, quia signũ ♊ respicit manus: sed nunc minuentes cõmuniter trahunt sanguinem de manibus. Dicit autem Ptolemæus uerbo 20.

Tangere

Tangere ferro membrũ, cum ☾ in signo illius membri est, uetendum. Excipitur etiam ultima pars ♎, quia ibidẽ est uia combusta, ibi sunt multæ stellæ de natura ♂, imo ♂ ipse impedit minutionem.

Canon tertius.

In signis Aquaticis, minutio fiat pro Cholericis, & sunt ♋, ♏, ♓.

Quidam tamen minutionẽ in ♏ non eligunt, quia ibi est domus ♂ & casus ☾. Nihilominus tamen in cõmuni praxi, etiam cum ☾ transiuerit 17. gradus priores, de ♏ mediocris est minutio.

Canon Quartus.

In signis terreis minutio non ualet cõmuniter, & sunt ♉, ♍, ♑. Medici tamen eligunt pro Cholera nigra euacuanda. Hæc tamen in praxi non tenetur, nec est communis opinio.

ASPECTVS QVI IMPEDIUNT MINUTIONEM. Canon.

☌ ☉ & ☾ impedit minutionem ante & post 3. dies, ergo directe 30. gradibus.

☌ ♄ & ☾ impedit per 13. gradus ante & post, ergo directe 1. die.

☌ ☾ & ♂ impedit per 13. gradus, & est per 1. diem ante, & 1. post.

☌ ☾ cum ☊ & ☋, impedit per 1. diē ante & post, debet ergo esse elongata ☾ ab ipsis ad maius per 12. gradus.

☌ ☾ & ☿, si fuerint combusti, id est, in ☌ cum ☉.

☌ ☾ & ♀ prope per 1. diem ante & post.

☍ ☉ & ☾ impedit phlebothomiam 1. die ante & post.

☍ ♄ & ☾ impedit similiter per 1. diem.

☍ ♂ & ☾ impedit, nisi distent 13. gradibus ante & post.

□, ☉ & ☾ impedit per medium diem, cautius tamen est totum dimittere.

DE ASPECTIBVS, QVI promouent minutionem. Canon.

☌ ☾ & ♃, similiter ☾ & ♀, optimam faciunt minutionem, modo Venus non sit combusta.

□ ☾ & ♃, similiter ☾ & ♀, optimam faciunt minutionem.

✱ ☾ & ♃, similiter ☾ & ♀ optimam faciunt minutionem.

△ ☾ & ♃, similiter ☾ & ♀ optimam faciunt minutionem.

△ & ✱ ☉ & ♃ uel ☾, bonam & electā faciunt minutionem.

△ ☾ & ♂, uel ✱, ☾ & ♂, electam faciūt minutionem.

Quæ

QVAE MEMBRA EXCIPI-
antur in minutione. Canon.

In ♈, Cephalica uel capitis uena excipit.
In ♐, Coxa excipiuntur.
In ♎, prima pars natium excipitur.
In ♒, Tibiæ excipiuntur.
In ♋, Pulmo & uenæ cordis excipiunt.
In ♓, Venæ pedum excipiuntur.

DE AETATIBVS PHLE-
bothomandis. Canon.

A ☌ usq; ad primam quadram, ualet minutio pro iuuenili ætate. Ab hac usq; ad ☍, ualet pro iuuenili & uirili. Ab eo usq; ad tertiam quadram, pro uirili & senili. Ab hac usq; ad ultimam, uel iterum usq; ad ☌, pro senili tantum.

NOTA.

Post quadragesimum annum non est sanguis mittendus ex Cephalica. Post quinquagesimũ uero mediana non secetur. Deniq; post 60. nulla prorsus ex uena est phlebothomandum, nisi magna adsit necessitas (ut D. Tanstteter) urgente sic necessitate, in 70. fecit phlebothomiam.

PRO PHARMATIIS
dandis. Canon primus.

Tempora electa pharmatijs, accipiuntur

tur per motum ☾ in signis aquaticis, quę sunt ♋, ♏, ♓, præcipue ♋ in electuarījs, ♏ in porionibus, ♓ in pillulis dandis. Almansor in lib. 155. cap. 6. Meliora signa in accipiendo purgatoria, sunt aquatica, & melius eorum ♏, deterius uero ♋. Idem dicit Ptolemæus in Centiloquio, uerbo 21.

Canon Secundus.

Non sit ☾ in signo ruminante, ut ♈, ♉ & ♑, quia hoc significat euomitionem. Nec ☾ sit iūcta cum Planeta retrogrado, quia etiam significat Medicinę euomitionem, unde Planeta retrogradus dicitur, nam eius motus retrograditur.

Canon Tertius.

Cauendū est ne ☾ sit in aspectu inimico, prę sertim ♄, scilicet ☌, ☍ & □, quia semper impedit uim Medicinæ, humores ingrossando & inspissando, est enim frigidus & siccus. Cauendū item ne ☾ sit in aspectu inimico ♂, scilicet ☌, ☍ & □, quia ♂ effrenat humores, eos exacuēdo etiā usq; ad ductionē sanguinis. Cauendum præterea est, ne ☾ sit ☌, ♃, ♃ enim secundū Ptolemæū, uerbo 19. illuminat opus Medicinę, sed facit ut Medicina nō

comple

compleat effectum suum, ratio, quia ♃ est amicus naturę: quia ergo Medicina se mouebit contra naturā, ♃ naturā cōfortat, & impedit opus Medicinæ.

Canon Quartus.

Si uis purgare Melanchol. adplicet se ☾ ♃, excepta ☌. Si Chol. adplicet ☾ ♀. Si Phlegma, ☾ adplicet se ☉ aut ♂, aspectu tamen bono, uel △ uel ✶, nam contraria contrarijs curantur.

De sanguinis purgatione, Hercules dicit, purgatis alijs humorib. purgatur & sanguis ex consequenti.

Pharmatia in signo aquatico non uacua esset cursu, & pharmacia mediocris. Vacua aūt dicitur cursu, cū aliquo die ☾ nullo Planetæ, nec corpore nec aspectu cōmiscetur. Mediocris Phar. dicitur, cū tot sunt testimonia Plan. infortunatorū q̄ fortunatorū. Bonā Phar. dicimus, qn̄ aspectus est bonus, ut si esset aspectus □ ♃, uel □ ♀ ad ☾, uel ✶ ☉ uel ♂, similiter eorum △ ad ☾, ♀ tamen non combusta: □ uero aspectus ☉ ♄ & ♂, cū ☾ dimittatur, quia ibi non ualet phar. laudabilis. Similiter ☍ ☉ ♄ & ♂ cum ☾, similiter ☌ ☉ ♄ & ♂ cum ☾.

REGVLA GENERALIS
ex Ptolemæo & Hali.

Humores in prima & tertia septimanis redeunt de interioribus ad exteriora. In secunda & quarta, ab exterioribus ad interiora, ☾ enim secundum ætatem suam & motum, mouet humores corporis. In prima ergo & tertia septimanis utendũ est euacuationibus exterioribus, ut phlebothomia. In 2. & 4. euacuationibus interioribus, ut est pharmacia.

CONSYDERATIONES
Guidonis Bonati, in Medicinis dandis.

In uomitu prouocando sit ☾ in ♈, ♉, ♑, quia hæc signa operantur ad nauseã. Item in uomitu prouocando sit ☾ in ♉, habens testimonium stellæ retrogradæ, tum fortuna □ aspectu, tum infortuna, aut per △, tunc em̃ uomitio est salubris.

ALIA REGVLA.

Cum aliquis intendit calefacere, sit ☾ in signo igneo. Si infrigidare, in aqueo. Si exiccare in terreo.

In ungento uel Cataplasmate sit ☾ in signo illo, quod aspicit membrũ, cui hæc

sunt

ſunt adplicanda. Ad Gargariſma ſit ☾ in ♑ ♋ ♈.
In ♈ ♌ ♐ confortatur uirtus attractiua.
In ♉ ♑ ♍ confortatur uirtus retentiua.
In ♎ ♒ ♊ cōfortatur uirtus digeſtiua.
In ♓ ♋ ♏ confortatur uirtus expulſiua.

CANONES ELECTI ad Balnea.

Primus. In ſignis terreis, non eſt electum Balneum, quia talia ſunt frigida, iam frigidi eſt conſtringere, & ſic pori ſunt clauſi, non poteſt ergo ſuperfluitas reſolui.

Secundus. In ſignis igneis, aptum eſt tempus pro balneo, quia talia ſunt calida, & calidi eſt reſoluere, unde etiam tũc pori aperti ſunt, atq; ad dimittenda ſuperflua apti.

Tertius. In ſignis aquaticis, tempus aptum eſt pro balneo, quia tunc corpus eſt ad reſolutionem aptum.

Quartus. In ſignis aereis, ſolum ualet balneũ in ♎, in ♒ & ♑ nō, quia eſt domus ♄. In ♊ non eſt bonum, quia homines in balneo uentoſantur, ſed non ualet uentoſare in brachijs ☾ in ♊ exiſtente. Si tamen aliquis non uellet uen-

tosas ponere, balneũ in ♊ esset laudabile, similiter in ♒.

DE ELECTO TEMPORE ad Ventosas.

In ♈, ♐ prodest phlegmaticis, præter in capite & coxis.

In ♓, ♏ & ♋ prodest cholericis & præter Saphenas, femora, pectorales partes.

In ♒, ♎ prodest melancholicis, præter crura, nates & podicem.

REGVLA.

Aspectus boni ad uẽtosandũ promouẽt, inimici & mali ĩpediũt, p̃cipue □ ♂ & ☾.

De Capillis incidendis.

Sit ☾ in ♎ aut ♐ aut ♒ aut in ♓, adplicans ♃ aut ♀, & ♀ in hoc est melior, qa tunc tardius crescunt, non adplicet ☾ ♂ aut ♄. Item non sit ♂ in ascendente, nec ☾ similiter, non applicet ♂ nec ♄, quia hæc significant casum.

De introitu nouæ domus.

Sit ☾ in ♎ aut ♉, uel ♌ in 4. domo, & ne sit ibidem ♏, & ☍ ♄ & ♂ non aspiciat illã, nec sit infortunata ibidẽ ☌ uel □. Ponatur ♀ in 4. domo, itẽ ascendens & 2. domum saluas, & ☾ in 7. uel excrescẽs ☾, & sint dñi domus 8. & 2. salui ab infortuniis

tunĳs, & dñs 2. domus in aſcendente ſit in 10. uel 11. quia hæc eſt bona electio.

Pro Plantatione. Canon.

Signũ aptius ad plantandũ eſt ♉, poſtea ♒, dein ♌, ♍ & ♓, ualetq́ plãtatio arborũ in ultima quadra. In ĳs ſignis plantatio nõ admodũ eligatur, quin ſemper caueatur ab aſpectu malo ♄ & ♂.

Regulæ generales de tempore pluuioſo & humido.

Planetæ pluuioſi ſunt ♂ ☾ ♀ ☿ in ♋ ♒ ♓, quia hæc ſunt ſigna pluuioſa.

☌ ☉ ♀ ☿ cũ pleiadib. ſtellis in 21. ♉, de natura ☾ & ♂, in uere & æſtate facit auræ turbationẽ, & pluuioſas & nubiloſas nubes, in hyeme uero niues.

☌ ☉ & ♄. ☌ ☉ & ♂. ☌ ♀ & ☉. ☌ ☉ & ☿, & idem intelligit̃ de aſpectu □ & ☍, idq́ præcipue ſi fuerit in ſignis aquaticis, ſimiliter fit in △ & ✶, ſed minus gñalit̃.

Almanſor. Quandocunq́ in æſtate ☉ cõiungitur ♂ in ♌, tũc fit torrida æſtas excellenter. Si uero ☉ coniungitur ♄ in ♑ uel ♒, tum fit hyems frigida & niuoſa plus ſolito.

FIGVRA ASPECTVVM
Planetarum, pro mutatione aeris.

☌ ☍ □	☾	☿	♀	☉	♂	♃
♄	Facit nebulam et frigus & humidit.	Facit uentos cũ pl. per uent. & nubes	Plu. frig. imbrem, plu. frig. niuem.	Plu. frig. grãdines onitrua & niuẽ.	Plu. tonitrua grãdines & niuem.	Plu. grã. tonitrua uentos et frigus.
♃	auget humiditatẽ	facit uẽt. quos ſæpe ſequitur plu.	Plu. aut nubes ſaltem & niues.	Ventos, plu. nub. ton. grã. & frigus	Pluuia tonitr. tempeſta. & niues.	
♂	Parũ facit.	Vẽtos & plu. nub. & niues.	Pluu. & imb. niu. & frigus	Ventos nubes, tonit. fulg. niues.		
☉	facit palter. aeris præſert. i locis hu.	Vẽtos cũ nubib. aliquãdo etiam nebu.	Pluui. tonitrua imbres & niues.			
♀	auget humiditatẽ impedit ſiccitatẽ.	Pluui. aliquando præcedunt uẽti				
☿	Nihil facit niſi aliacõcurrãt teſti.					

In hac figura non ponuntur △ & ✱ aſpectus, quia non mutant aerem, ſed potius ſunt pro ſerenitate.

REGVLAE GENERALES de Tonitruis & Coruſcationibus.

	☿		♈	
Planetę to	♃	in	♏	Coniuncti aut ſe
nitrua ciẽt	♂		♋	aſpicientes
	♄		♓	

☌ ☿ & ♃, □ & ☍ eorundem. ☌ ☉ & ☿. ☌ ☉ & ♃, □ & ☍ eorundem. ☌ □ ☍ ♂ & ☉. ☌ □ ☍ ♄ & ♃, & omnes magni Pla. aſpectus inter ſe, △ & ✶ minus.

DE VENTIS QVOS ASPEctus uenti habeant inter ſe.

☌ ♃ & ☿, □ ☍ △ & ✶ eorundẽ. ☌ ☉ & ☿. ☌ ♃ & ♄, □ ☍ eorundẽ. ☌ □ △ ✶ ☍ ♃ & ♂. ☌ ☽ & ☿ in ſignis uentoſis.

Signa uentoſa ſunt, ♊ ♎ ♒ ♓ ♐, quando ☽ uel aliqua ☌ eſt in his ſignis, generaliter mouentur uenti.

♃ & ♂ generaliter ſerenant aerem, & ſunt fortunati.

♄ & ♂ generaliter turbãt aerem, & ſunt infortunati.

☿ eſt generaliter uentorum ſignificator.

CANONES

HAE DIGNITATES Planetarum in ſignis notãdæ ſunt, maxime in Iudicijs.

σχῆμα.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	☊	☋
♈	2	5	8	8	3	2	0	0	0
♉	3	2	5	0	10	3	8	0	0
♊	5	6	3	1	2	10	0	4	0
♋	2	6	5	0	6	3	9	0	0
♌	6	6	3	8	2	2	0	0	0
♍	2	2	5	1	6	12	3	0	0
♎	10	6	2	0	6	5	1	0	0
♏	2	2	11	1	6	2	3	0	0
♐	6	10	2	3	3	3	1	0	4
♑	7	3	10	1	3	2	3	0	0
♒	10	5	2	0	3	6	1	0	0
♓	3	8	6	0	9	2	3	0	0

Principium aſpectuũ Planetarum, ſiue ſit △ ſiue □ ſiue ✶ aut ☍, eſt cum fuerit 12 gradibus ab aſpectu (uel ſecundum Ptolemæũ 6. gradibus) tuncq́ in uigore

aspectus existet. Exemplũ. Si fuerit Planetę ad Planetã 54. graduũ distantia, erit unus in uigore aspectus ✱ ad alterũ: sed qñ fuerit inter eos 60. graduũ distantia, tunc erit in aspectu perfecto, & ita iudicabis de alijs aspectibus. Hęc Abraham. Nota aspectus secundum Ptolemæum, accipi in circulo recto, ut si aliquis Planeta fuerit in ♈, & alter in ♊, & subtractæ fuerint ascensiones rectę, more solito, id est, minoris à maiore, & si remanserint 60. grad. isti Planetæ dicent̃ sese aspicere aspectu sextili, & ita cum alijs agẽdum. Abraham & Alchibitius uolũt aspectus debere cõputari in Zodiaco, contra Ptolemæum, in circulo recto, ut infra.

Planetæ quando Ocidentales, & quando Orientales dicuntur.

Tres superiores Planetæ, uidelicet ♄ ♃ ♂, Orientales dicũtur, quã diu ☉ ab eis post cõiunctionẽ recedẽs ad ☍ eorũ accedit, post quã rursus usq; ad coitũ, ꝓximũ Occidentales appellantur. ♀ uero & ☿, quãdiu ☉ uesperi occidentẽ insequunt̃, Occidẽtales dici solent: dum aũt mane ☉ antecedunt, Orientales nominantur.

Mot⁹ ſpherarum cœleſtium.	S	G	M	2	3	4	5	6	7
10 mobile i hora	0	15	0	0	0	0	0	0	0
In die	12	0	0	0	0	0	0	0	0
9. mobile i hora	0	0	0	0	4	20	41	17	12
In anno	0	0	0	26	25	51	9	38	0
In 49000 annis	12	0	0	0	4	56	34	0	0
8. ſphera in die	0	0	0	0	30	24	49	0	0
In anno	0	0	3	5	0	58	5	0	0
In 7000. annis	12	0	0	0	0	12	30	0	0
♄ in die	0	0	0	0	35	17	40	21	0
In anno	0	12	13	34	42	30	27	45	0
In 30. annis	12	7	1	25	22	17	34	57	0
In an. 29. dieb. 163	12	0	1	22	25	44	1	48	0
♃ in die	0	0	4	59	15	27	7	23	50
In anno	1	0	20	28	59	59	59	59	10
In 12. annis	12	4	20	45	46	21	22	1	30
In an. 11. dieb. 314	12	0	1	24	22	50	57	22	10
♂ in die	0	0	31	26	38	40	5	0	0
In 2. annis	12	22	34	10	27	40	50	0	0
In anno &di. 322.	12	0	2	4	44	57	15	0	0
☉ ♀ ☿ in hora	0	0	2	27	50	49	3	18	4
In die	0	0	59	8	19	37	19	13	56
In anno	11	29	45	39	22	1	59	45	40
In an. & horis 6.	12	0	0	26	26	56	19	34	4
☾ in hora	0	0	32	56	27	33	7	57	41
In die	0	13	10	35	1	15	11	4	35
In dieb. 27. ho. 8.	12	0	9	17	14	15	2	45	13

IVDICIVM ALBOHAZEN Haly, filij Abenragel, de Medico Astrologię imperito.

DIxit Hipocras, Medicorũ optimus, Cuiusmodi Medicus est, qui Medicinam ignorat? Est enim tanquam cœcus, uiam baculo examinans, huc illucque miserabiliter cespitans, pro qualibet boni, maliue apparentia phantastica, & inani, ut fatuus trepidans, exultat. Nullus homo se mittere debet in manus illius, quia nõ est Medicus perfectus, nec homine Medici debet decorari. Hactenus Haly.

Cęterum de inspiciendo statum infirmi, de infirmitatis, loco, tẽpore, natura, longitudine, breuitate, & Crisi, uide eundem Haly parte secũda, in descriptione sextę domus, noluimus enim in immensum grauare librũ, quandoquidem hodie in omnium manibus habetur hic author. Sed & Põtanus in hac re mirus est, qui & ipse hodie extat, ex Cratandri officina, doctissimus simul & tersissimus scriptor. Verum de hoc alias plura

PRO PORTIONE HORARIA FACI- liter inuenienda Tabula.

G	G	M	Se.	Ter.	G	G	M	Se.	Ter.
1	0	2	30	0	31	1	17	30	
2	0	5	0		32	1	20	0	
3	0	7	37		33	1	22	30	
4	0	10	0		34	1	25	0	
5	0	12	30		35	1	27	30	
6	0	15	0		36	1	30	0	
7	0	17	30		37	1	32	30	
8	0	20	0		38	1	35	0	
9	0	22	30		39	1	37	30	
10	0	25	0		40	1	40	0	
11	0	27	30		41	1	42	30	
12	0	30	0		42	1	45	0	
13	0	32	30		43	1	47	30	
14	0	35	0		44	1	50	0	
15	0	37	30		45	1	52	30	
16	0	40	0		46	1	55	0	
17	0	42	30		47	1	57	30	

20	0	[illegible]	0				
21	0	52	30	51	2	7	30
22	0	55	0	52	2	10	0
23	0	57	30	53	2	12	30
24	1	0	0	54	2	15	0
25	1	2	30	55	2	17	30
26	1	5	0	56	2	20	0
27	1	7	30	57	2	22	30
28	1	10	0	58	2	25	0
29	1	12	30	59	2	27	30
30	1	15	0	60	2	30	0
M	M	Se.	Ter.	M	M	Se.	Ter.
Se.	Se.	Ter.	Quart.	Se.	Se.	Ter.	Quart.

EXEMPLVM.

Sit motus Lunæ diurnus 14. gradus, 52. minuta, quęre gradu 14. in prima linea, è cuius regione, inuenio gradum 0. minutas 35. Secun. 0. quem numerum seruo. Postea intro cum 52. min. pari modo, è cuius regione inuenio min. 2. Secun. 10. Ter. 0. quem numerũ secundo inuentũ, iungo primo & colligo, minu. 37. Secund. 10. tantum enim mouetur Luna in hora, si eius motus diurnus, fuerit graduum 14. minutorum 52.

NVMERVS DIERVM ANNI PRO INVENIENda mora infantis in utero.

Ian.	Feb.	Mar.	Apr.	Mai.	Iun.	Iul.	Aug.	Sept.	Octo.	Nouẽb.	Decẽb.
1	32	60	91	121	152	182	213	244	274	305	335
2	33	61	92	122	153	183	214	245	275	306	336
3	34	62	93	123	154	184	215	246	276	307	337
4	35	63	94	124	155	185	216	247	277	308	338
5	36	64	95	125	156	186	217	248	278	309	339
6	37	65	96	126	157	187	218	249	279	310	340
7	38	66	97	127	158	188	219	250	280	311	341
8	39	67	98	128	159	189	220	251	281	312	342
9	40	68	99	129	160	190	221	252	282	313	343
10	41	69	100	130	161	191	222	253	283	314	344
11	42	70	101	131	162	192	223	254	284	315	345
12	43	71	102	132	163	193	224	255	285	316	346
13	44	72	103	133	164	194	225	256	286	317	347
14	45	73	104	134	165	195	226	257	287	318	348
15	46	74	105	135	166	196	227	258	288	319	349

16	47	75	106	136	167	197	228	259	289	320	350
17	48	76	107	137	168	198	229	260	290	321	351
18	49	77	108	138	169	199	230	261	291	322	352
19	50	78	109	139	170	200	231	262	292	323	353
20	51	79	110	140	171	201	232	263	293	324	354
21	52	80	111	141	172	202	233	264	294	325	355
22	53	81	112	142	173	203	234	265	295	326	356
23	54	82	113	143	174	204	235	266	296	327	357
24	55	83	114	144	175	205	236	267	297	328	358
25	56	84	115	145	176	206	237	268	298	329	359
26	57	85	116	146	177	207	238	269	299	330	360
27	58	86	117	147	178	208	239	270	300	331	361
28	59	87	118	148	179	209	240	271	301	332	362
29		88	119	149	180	210	241	272	302	333	363
30		89	120	150	181	211	242	273	303	334	364
31		90		151		212	243		304		365

AD LECTOREM OTHO B.

FOrtasse scrupum tibi iniiciet Lector, quod tabulas aliquot, in hoc libello, sine canonibus, & earum explanatione adscripsimus. Huius consilij hanc rationem habe. Primum, quod ex ore perpetuo dictantis, hæc scripta, atq; collecta sunt, idq́; ad eos tantūmodo, qui huius artificij iam iacta fundamenta habuerunt: deinde quod res nobis fuisset magni negotij, & à nostro instituto plane alienum, cōmentarium cōmentario illustrare, qui ædere alienam lucubrationem, & posteris communicare uoluimus, non temerarij magistri uel censores haberi. Nihil est igitur, quod in hac re oscitantiam, uel negligentiam nostrā incuses. Idem de stylo monemus, qui tā etsi scholasticus est & triuialis, tamē eruditione & utilitate, multorū tumorem superexcellit, qui cū toti sunt in eloquentię ostentatione, si uerborum dempseris lenocinia, nihil aliud quā meras nugas reliqui habent. Conatum nostrum boni consule, & Vale.

ARGENTORATI APVD
Georgiū Vlricherum, Mense
Aprili, An. M. D. XXXI.